ior: p̄positio habet veritatem de natura que intrinsece et essentialiter pertinet ad plura supposita et est tanquam fundamentum p̄prietatum quibus supposita constituuntur et distinguntur et hec est sola diuina natura. natura autem humana si assumeretur a plurib<sup>9</sup> diuinis suppositis nō pertineret intrinsece modo exposito ad naturā ipsorum. ¶ Potest et tertio respōderi ad simile q̄d inducitur: quia natura diuina non habz per se et formaliter q̄ sit infinita ex eo q̄ ē in plurib<sup>9</sup> suppositis. nam et circūscribendo in deo plura supposita relatiua et ponendo vnum solum suppositum absolutū sicut ponūt iudei et gentiles: tāta infinitas esset nature diuine quāta nunc ē in pluribus suppositis. vnde natura diuina nō ideo est infinita quia ē in pluribus suppositis: sed magis ideo est in plurib<sup>9</sup> suppositis et ē plura supposita quia ē fm̄ se infinita. ¶ Ad quintuz dicitur q̄ in argumento cōmittitur fallacia figure dictionis. inutatur enim quid in quale vel vnū quale in aliud. s. esse p̄fectius in esse incōmunicabile. cōcedimus enim q̄ dependentia nature create assūpte eque perfecte imo perfectius terminatur per diuinum suppositum q̄ terminaretur p̄ propriū: non tamē ideo sequitur q̄ eque incōmunicabiliter. et ratio est quia natura creata habet esse incōmunicabile in p̄prio supposito et ideo non potest simul esse in p̄prio et in alieno. natura vero assumpta a persona diuina habet in ea esse comunicabile tribus p̄sonis ac per hoc nō repugnat sibi simul terminari eque perfecte per plura supposita. ¶ Ad sextum patet responsio ex his q̄ dicta sunt in tertio notabili. ¶ Ad septimū dicimus cum Durādo q̄ Anselmus intelligit tres p̄sonas nō posse simul assumere vnum hominem vel vnam humanam naturam ita scilicet q̄ assumant illam ad vnam personalitatem. dicit enī sic. impossibile est tres personas esse vnam personam cum vno eodemq̄ homine. et in isto sensu concedimus sicut illud concedit Sāct<sup>9</sup> Tho. in hac distinctione q̄stione secunda articulo quarto in corpore et ad secunduz q̄ tres persone nō possunt assumere vnam naturam. sed cum hoc stat q̄ potest natura vna assumi a tribus personis ad earum cuiuslibet personalitatem. ¶ Ad argumenta contra tertiam conclusionem ad primū Scoti dicitur q̄ licet natura diuina habeat per se esse et sit per se subsistens: non ideo sequitur q̄ possit terminare primo et per se naturam humanam assumptam: supposito sicut verum ē et cōmuniter tenetur q̄ eius assumptio facta sit ad

vnitatem persone ad quam nō solum requiritur per se subsistere sed esse quid incōmunicabile quō nature non cōuenit. et de hoc dictuz est in quarto notabili. ¶ Ad 2<sup>m</sup> quod est Durandi dicitur q̄ ppter vtrāq̄ rationem ibi positam tertia conclusio vera est. neq̄ valet quod arguens contra primum obijcit nam assumit falsum. et ad ei<sup>9</sup> p̄bationem negatur minor. neq̄ valet eius p̄batio. p̄cedit enim ac si per se subsistere: esset tota ratio qua p̄sona diuina assumens terminat dependentiam nature humane assumptę. hoc aut falsum est. put deductum fuit in quarto notabili. quia cui vnio nature assumptę facta fuerit ad vnitatem personalem de cuius ratione est incōmunicabilitas: consequens est q̄ non soluz per se subsistere sed et incōmunicabiliter subsistere cōplet rationem predictę terminationis. ¶ Neq̄ valet quod arguens obijcit contra secundum quoniā iterum assumit falsum. et ad eius p̄bationem dicitur q̄ licet humana natura assumpta non habeat ex ratione sue nature et ex suis p̄ncipijs naturalibus necessariam habitudinē ad personalitatem relatiuam verbi: habet tamē necessariam habitudinē ex suppositione diuine p̄ordinationis sicut declaratum fuit in quarto notabili. vnde argumentum p̄cedit insufficienter ac si natura humana assumpta habere non posset necessariam habitudinē ad personalitatem verbi nisi necessitate suorum p̄ncipiorum naturalium quod patet esse falsum. ¶ Ad argumētum ante oppositum respondet. S. Tho. in hac distinctione. q. 2<sup>a</sup>. arti. 4<sup>o</sup>. ad. 6<sup>m</sup>. q̄ cum termini substantini significantur vel consignificantur pluraliter ex vnitate seu pluralitate forme signate: dicerentur tres persone vnus homo si vnā humanam naturam assumpsissent. sicut propter vnā naturam diuinā dicuntur vnus deus et sicut dicitur tota trinitas vnus solus verus deus. et sicut i huiusmodi locutionib<sup>9</sup> iste termin<sup>9</sup> de<sup>9</sup> supponit rem nature diuine indistincte et hec est suppositio sua naturalis et quasi termini cōmunis respectu trium personarum: ita in casu dato dicendo pater et filius et spiritus sanctus sunt vnus homo: iste terminus homo supponeret rem humane nature indistincte id est sine distinctione trium personarum. Sic in sententia respondet tertia parte questione tertia articulo sexto ad primum. Et in hoc articulus terminatur.

**Distinctio secūda.**



**Arca se**

cundam distinctionem queritur vtruz persona diuina possit assumere naturam irrationalē et arguit q̄ nō. qz nobilioz creatura nobilioris doni est capax.

ergo ad illud donū quod inter dona nobilissimū est: natura inferior et minus nobilis capacitatem nō habet. cū ergo inter omnia dona nature collata nobilissimū sit assumi ad vnitatem diuine p̄sonę: videtur q̄ hui<sup>9</sup> doni creatura irrationalis que inferior et minus nobilis est: capax non sit. ¶ In oppositum arguitur. quia vt Augustin<sup>9</sup> dicit in epistola ad volusianum: in rebus mirabiliter factis: tota ratio facti est potentia facientis. sed potentia dei facientis incarnationez que est opus maxime mirabile cum sit infinita nō limitatur ad vnā naturam creatam. ergo non solum rationalis natura sed etiam irrationalis quilibet assumptibilis est a p̄sona diuina. ¶ In hac questione erunt quattuor articuli vt supra.



**Quantum ad p̄**

mun articulum sit prima cōclusio q̄ deus de potentia sua absoluta possz assumere quācūqz naturā irrationalē. hā cōclusionē tenet. S. Tho. in hac dis. q. p̄. ar. p̄. sub arti. p̄. ¶ Secūda cōclusio ē q̄ suppositū diuinū potuit assumere naturā humanā absqz hoc q̄ deo frueret. hęc cōclusio accipit̄ ex dictis. S. Tho. in p̄batione p̄me cōclusionis. ¶ Tertia cōclusio ē q̄ fili<sup>9</sup> dei assumēdo humanitatem: assūpsit formā totū ex p̄positiōe corporis et anime resultatē. hāc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac distin. q. p̄ma arti. 3<sup>o</sup> sub arti. 3<sup>o</sup>.



**Quantuz ad ar-**

ticulū secundū arguit cōtra cōclusiones. et q̄dem p̄tra p̄mam arguit hērricus et multi alij q̄ nulla natura irrationalis sit assumptibilis ad vnitatem diuine p̄sonę et arguit sic. Illa natura non est assumptibilis ad vnitatem

diuine persone: cuius nulla potentia est eleuabilis ad uisionem et fruitionē diuine essentie. sed natura irrationalis est huiusmodi quia nulla ei<sup>9</sup> potentia est eleuabilis ad uidendum deum et fruendum eo. ergo nulla natura irrationalis est assumptibilis. minor de se patet sed maior probatur sic. sicut se habet esse naturale ad posse naturale sic esse supernaturale ad posse supernaturale. sed nulla uirtute potest fieri q̄ aliqua creatura habeat esse naturale quin habeat aliquod posse naturale. ergo nulla uirtute fieri pōt q̄ aliq̄ natura habeat esse supernaturale et non habeat aliquod posse supernaturale. sed per assumptionem fit q̄ natura assumpta habet esse diuinū supernaturale. ergo per eandē fit q̄ habeat posse diuinum et supernaturale. tale autem posse ē ad uisionem et fruitionem. igitur r̄c. ¶ 2<sup>o</sup> sic. cui non potest cōmunicari min<sup>9</sup>: nec maius. sed minus est uidere deum et frui deo q̄ assumi in unitatem persone vel suppositi ut patet per Augustinum sup illud Joannis primo. uerbum caro factum est. ubi dicit q̄ quia euangeliz premiserat q̄ dedit eis potestatem filios dei fieri: ne homo miraretur et discordaret: subiunxit qd̄ maius est: et uerbum caro factum est. ex quo uidetur q̄ maius sit naturam eleuari ad unitatem diuini suppositi: q̄ potentiam eleuari ad uisionē dei et fruitionem. ergo illa natura nō potest eleuari ad unitatem diuine persone: cuius potentie non possunt eleuari ad uisionem et fruitionē diuine essentie. r̄c. ¶ 3<sup>o</sup> sic. si aliqua creatura posset assumi cuius potentia non posset eleuari: fortiori ratione posset assumi creatura eleuabilis absq̄ eo q̄ actu eleuaretur. sed creatura rationalis cuius potentia est eleuabilis ad fruitionem et uisionem dei: non potest assumi nisi actu potentia eius eleuetur ut probabitur contra secundam conclusionem. ergo multo minus potest assumi natura creata irrationalis cuius potentia nulla est eleuabilis. ¶ 4<sup>o</sup> arguitur sic. maius est uniri deo in persona q̄ per gratiam ut dicit Augustin<sup>9</sup> duodecimo de trinitate capitulo nono. minus credibile est q̄ deus possit fieri filius hominis natura: q̄ q̄ filius hominis possit fieri filius dei gratia. sed nulla creatura potest uniri deo per gratiam nisi intellectualis. ergo multo minus in persona. ¶ 5<sup>o</sup> quia tunc esset ueruz dicere q̄ deus esset lapis uel brutum. ¶ 6<sup>o</sup> creatura que non est capax personalitatis non potest assumi in unitatem persone. sed creatura irrationalis non est capax personalitatis quia fm

Boetiz psona est rationalis nature indiuidua substantia. ¶ 7<sup>o</sup> creatura irrationalis non est perfectius deo unibilis q̄ rationalis. ergo non est assumptibilis. antecedens patet sed consequentia probatur. quia ad oppositum consequentis sequit̄ oppositū antecedētis. nā si lapis esset assumptibilis: quibet pars lapidis esset deus. ac per hoc perfectius lapis uniretur deo q̄ natura rationalis assumpta cuius non quelibet pars est deus. ergo r̄c. ¶ 8<sup>o</sup> arguit sic Henric<sup>9</sup> ex intentione. deus inquit dupliciter habet esse in creaturis. uno modo naturaliter et sic est in eis per illapsuz. alio modo uoluntarie et sic est in natura assumpta p̄ circūcessionē. et licet deus sit intūsus cui libet creature per illapsuz: tamen intūsius est nature assumpte. quia oportet naturam assumptam amittere proprium esse subsistentie et subintrare esse subsistentie nature ad quam assumitur ut sit idem suppositum subsistēs in duplici natura: utraq̄ tamen natura retinet suum p̄prium esse essentie et existētie. Item per illapsuz de<sup>9</sup> intimatur omni creature naturaliter ad duo scilicet ad actum nature proprium qui est esse ut scilicet persistat: et ad actum secundum qui est operari. p̄ circūcessionem uero intimatur nature quam uoluntarie assumit modo supernaturali ad duo scilicet ad subleuandum naturam in esse diuine subsistentie et ad actum beatificuz intelligendi et uolendi. ex hijs arguo sic. sicut se habet deus in omni creatura per illapsuz ad duas actiones in ea producendas: sic se habet ad creaturam assumptam ad producendum duas actiones supernaturales. sed nulla creatura est susceptiua per illapsuz prime operationis que est esse qui sit susceptibilis secunde que est operari. ergo nulla natura est susceptibilis prime operationis supernaturalis ad esse diuine subsistentie nisi sit susceptibilis secunde scilicet beatitudinis. sed hec est sola intellectualis. igitur illa sola est assumptibilis. ¶ Contra secundam conclusionem arguitur sic. unio nature assumpte ad diuinam personam: est maior unio que est p̄ habitum glorie. quia fm Augustinum decimo tertio de trinitate: in rebus per tempus ortis sū magis gratia est ut fili<sup>9</sup> dei fieret homo. sed cōtradictio est naturam unitam per habitum glorie non frui. ergo multo magis uidetur contradictio q̄ natura unita unitate suppositi non fruaf. ¶ 2<sup>o</sup> qz ois natura humana nō fruēs deo: p̄ libertatē arbitrij ē flexibilis ab eo et per cōsequēs pōt peccare. sed x̄ps nō potuit peccare alias po-

tuisset etiam dñari quod est absurdum dicere.  
 ¶ 3<sup>o</sup> quia vt Anselmus dicit libro cur deus ho-  
 mo capitulo quarto . primus homo fuit pecca-  
 bilis quia non erat deus . cum igitur ex vnione  
 nature assumpte ad verbum factum sit q̄ homo  
 christus sit deus: ergo fuit impeccabilis. sed non  
 nisi quia beatus. ergo beatitudinis fructio neces-  
 sario consequitur ad dictā vnionē hypostaticā.  
 ¶ 4<sup>o</sup> obiectū potētie vndiq; p̄fūdēs potētiā  
 non potest non percipi a potentia. vnde si sensi-  
 bile positum supra sensum faceret sensationem:  
 impossibile esset oculum vndiq; clara luce per-  
 fundi et tamen lucem non videre. sed in ipsa as-  
 sumptionis vnione deus totam essentiam ani-  
 me perfundit et per consequens eius potētiās.  
 ergo rē. ¶ Et confirmatur. quia impossibile est  
 deum esse presentē potētie et non essentia. er-  
 go impossibile est q̄ deus per specialem illapsus  
 sit presens essentia et non potētie. consequen-  
 tia patet. quia essentialior est ordo essentia ad  
 potētiā q̄ potētie ad essentiam. ¶ 5<sup>o</sup> potē-  
 tia nata frui deo: elenatur ad actuale fructio-  
 nem per habitum glorie. sed verbum humane  
 nature vnitum supplet quicquid habitus glorie  
 potest facere in alijs. ergo ad eius p̄sentiam: ne-  
 cessario natura assumpta fruitur. ¶ 6<sup>o</sup> actiuo  
 sufficiente presente passiuo disposito: necessario  
 sequitur actio. sed anime assumpte obiectū bea-  
 tificum semper est presens et actus circa obiectū  
 est naturalis ac necessarius quia voluntas na-  
 turaliter et necessario vult sine vltimum. ergo  
 necessario fruetur eo. ¶ 7<sup>o</sup> suppositum diuinum  
 semper fruitur diuina essentia. si ergo fm natu-  
 ram assumptam non frueretur: tunc idem sup-  
 positum esset fruens et non fruens quod est cō-  
 tradictio. ¶ Contra tertiam conclusionem ar-  
 guit Durandus in presenti distinctione p̄ban-  
 do q̄ totum non est tertia entitas distincta a su-  
 is partibus. quia partes vnite sunt totum nec  
 totum est aliud q̄ partes vnite. nec partes vni-  
 te q̄ totum coniunctum. vnum enim clauditur  
 intrinsece in intellectu alterius quia impossibile  
 est intelligere coniunctum nisi ex partibus vni-  
 tis et e contra impossibile est intelligere coniun-  
 ctionem partium non intelligendo coniunctus  
 ex eis: imo vtrobiq; videtur formaliter esse idē  
 conceptus. ¶ 2<sup>o</sup> arguit alij. quia Auicena quar-  
 to sue methaphisice dicit q̄ homo est anima et  
 corpus et neutrum per se. ¶ 3<sup>o</sup> quia nulla natu-  
 ra totalis assumpta a verbo: est deposita in mor-  
 te fm Damascenū libro 3<sup>o</sup> capitulo 3<sup>o</sup> vbi dicit.  
 nullam autem nature partium deposuit: nō cor-

pus non animam: sed corpus et animam et ratio-  
 nale et intellectualem et volitivam et opera-  
 tiuam possedit. s. dei verbum. sed si forma com-  
 posita esset aliud realiter a suis partibus: cum il-  
 lam non habuerit christus in triduo: deposuis-  
 set aliquam naturam quaz assumpsit. ¶ 4<sup>o</sup> om-  
 nis forma vltimior: est perfectior quia vltima  
 continet in virtute omnes precedentes sicut in  
 intellectiua continet in virtute sensitiuam et vege-  
 tatiuam. sed si esset forma compositi alia vltra  
 intellectiuam: esset perfectior q̄ intellectiua qd̄  
 est contra secundam propositionem de causis  
 vbi dicitur in cōmento q̄ anima intellectiua est  
 in orizonte eternitatis q̄tum ad superius. et si-  
 militer est contra cōmentatorem secundo phi-  
 sicozum. item Augustinus l 4<sup>o</sup> de trinitate capi-  
 tulo 4<sup>o</sup> dicit. intellectiua sic ordinata est natu-  
 rarum ordine non locorum: vt supra illam non  
 sit nisi deus. ¶ 5<sup>o</sup> si totum addit aliquid supra  
 partes: accipiendo illam formam compositi  
 quā tu das et materiam suam: illa forma et ista  
 materia sunt partes alicuius compositi. oportet  
 ergo per te q̄ forma illius compositi differat  
 realiter ab istis partibus. et iterum accipien-  
 do illam formam compositi et materiam suam  
 cum sint partes: habent vnum compositum et  
 oportet q̄ illa forma compositi differat realiter  
 ab istis partibus. et sic in infinitum et hec est de-  
 ductio philosophi 7<sup>o</sup> methaphisice versus finē  
 querentis de essentia compositi an sit simplex  
 vel composita. quia aut essentia rei composita ē  
 simplex vel composita. si simplex habetur p̄po-  
 situm. si composita tunc arguitur. quia ex illa es-  
 sentia composita et suis partibus resultat vna  
 simplex vel composita. non simplex quia sic ha-  
 betur propositum. ergo composita et tunc ar-  
 guitur sicut prius et sic erit processus in infinitū  
 quod est inconueniens. standum est igitur in p̄-  
 mis q̄ essentia compositi est simplex. ¶ 6<sup>o</sup> quia  
 Dionysius secundo capitulo celestis hierarchie  
 dicit q̄ mors in nobis non est substantie consu-  
 ptio sed vnitorum separatio. sed illud non esset  
 verum si humana natura realiter differret a su-  
 is partibus. quia constat q̄ desineret per mor-  
 tem et est quedam substantia. igitur et ē. ¶ 7<sup>o</sup>  
 quia si humanitas alicuius differt realiter ab oī-  
 bus partibus essentialibus simul: aut differt se  
 tota et sic nihil includeret de partibus essentia-  
 libus in essentia sua quod est contradictio. aut  
 aliquo sui: et illud vel est pars essentialis et sic  
 differret a seipsa: aut nō essentialis et sic essentia  
 includeret aliqd̄ non essentialia qd̄ ē p̄tradictio.

¶ 8<sup>o</sup>. si ex vnione anime ad corp<sup>9</sup> resultaret res aliqua quam includeret humanitas: cum humanitas non includat nisi substantiaz et omnis substantia aut sit materia aut forma aut compositū: oporteret q̄ illud esset alterum horū trium: et sic vel esset duplex forma vel duplex materia v̄ duplex compositū quorum quodlibet est inconueniēs. ergo. ¶ 9<sup>o</sup>. arguit sic. totum omogeneū est idem realiter quod omnes partes sue vnite. ergo et quodlibet totū. consequentia videtur esse euidentis. antecedens probatur dupliciter. primo in generali de omni tali toto. qz omne quod est eiusdem nature genere et specie et numero cum aliquo sic q̄ nulla virtute potest ab alio separari: est vnum realiter cum illo. sed totum omogeneū z omnes eius partes sue vnite sunt huiusmodi. ergo tale totum est idem realiter q̄ omnes sue partes vnite. maior ē euidentis quia quecūq; differunt realiter: aut differunt genere aut specie aut numero actu vt duo ligna: vel potentia vt due partes eiusdem ligni. ergo que sunt vnus nature genere z specie z numero actu z potentia sic q̄ per nullam potētiā possunt esse plura numero: sunt idem realiter simpliciter. minor vero patet q̄ ad hoc q̄ totum omogeneū et partes sue sunt eiusdem nature genere et specie quia hoc supponitur si ē totum omogeneū. quātū etiam ad aliam partem. s. q̄ sint eiusdem nature numero actu: patet quia in vno numero non sunt plura numero distincta actu eiusdem speciei sed totum est in seipso saltem per idēitatez realem: partes etiā sunt in toto. ergo est impossibile q̄ totum z partes que sunt eiusdem nature in specie sint alterius nature numero in actu. quātū etiam ad vltimam partem patet eadem minor. quia quāuis vna pars possit in tali toto ab alia separari et per consequens ab ea numero distingui: tamen impossibile ē quacūq; virtute esse vel imaginari esse totum separatum ab omnibus partibus vnitis: vel omnes partes inter se vnitas eē separatas a toto. ¶ 2<sup>o</sup>. probatur idem antecedens specialiter de quantitate sic. impossibile ē esse vel imaginari duas quantitates eiusdē rationis vt duas lineas vel duas superficies esse realiter distinctas nisi aut situ vt patet per philosophum 4<sup>o</sup> phisicorum vbi arguit cōtra ponentes locū esse dimensiones separatas et hoc fm philosophos: aut saltem subiecto fm theologos vt cum duo corpora sunt in eodem loco. sed linea et omnes partes sue sunt vnite quantitates eiusdez rationis specificē z sunt indistin-

cte situ z subiecto vt de se patet: et eadem ratio est de corpore et superficie et partibus suis. ergo impossibile est q̄ tales quātitates sint aliqd realiter distinctum ab omnibus partib<sup>9</sup> suis vnitis. ¶ 10. arguitur per cōmentatozem primo phisicorū. qui vbi dicitur a philosopho q̄ totūz nil aliud est q̄ congregatio partium: dicit q̄ vnaqueq; partium dicitur esse aliud a toto: sed omnes in simul non possunt esse vel dici aliud a toto. et super 4<sup>o</sup> phisicorum dicit q̄ non est totum nisi partes eius. ¶ 11<sup>o</sup> quia si totū aliqd reale superaddit partibus: aut illud facit vnum p se cum partibus nullo superaddito: et tunc idē posset dici pariratione de forma et de materia q̄. s. faciunt vnum per se nullo superaddito. aut illud superadditum non facit vnū per se cū toto et cum partibus nisi aliquo superaddito et tunc erit processus in infinitum. ¶ 12<sup>o</sup> quia omne absolutum potest per diuinam potentiaz fieri absq; alio absoluto. sed totum compositūz nō potest fieri absq; partibus componentibus. igitur totum non est aliud absolutū a partib<sup>9</sup>. Dicitur forte q̄ verum est nisi vnū absolutū in sua ratione quiditatiua includat vel presupponat aliud absolutū sed sic est de toto respectu partium: contra tunc possibile erit q̄ partes sint vnite et non sit compositum. pbatio quia non dependet a toto nec presupponit compositum sed econuerso. Dicitur forte dupliciter. primo q̄ causa q̄. a. nō possit esse sine. b. est vel quia. a. dependet a. b. vel est causa necessaria eius. modo licet primo modo partes vnite non habeāt coexigentiam cum toto: habent tamen secūdo modo. Secundo potest dici q̄ licet partes vnite fm aliquod signū nature sint prius entitate totius: non tamen prioritate temporis. modo prius natura pprie loquendo non est prius in quo vel fm esse extra sed est p̄sa a quo et fm intelligibile vel quiditatiuū. separatio autē dicit p̄s in alio et in re extra. ¶ Sed contra vtrāq; solutionem arguitur et primo contra primam. quia si partes vnite sunt causa necessaria toti<sup>9</sup>: aut hoc est ratione partium aut ratiōe vnionis aut ratione vtriusq;. non ratione partium quia tunc positis illis poneretur totum. nec ratione vnionis quia vnio est relatio: ergo posteriori fundamento. sed posterius non imponit necessitatem priori. nec ratione vtriusq; quia tūc possibile esset intelligere partes vnitas non intelligendo totum fm istam viam quia ille sunt p̄res fm esse quiditatiuum. ¶ Contra secundam solutionem arguitur. quia tunc agens primum

cum non agat in tempore sed in instanti: poterit facere partes unitas sine entitate totius. Cōfirmatur quia non implicat contradictionem. pbatur quia contradictio in quocūq; signo temporis vel nature: equaliter repugnat et est impossibile aliquid esse mediuz in contradictione.



**Quantuz ad ar**

ticulum tertium primo notandum est pro declaratione p̄me conclusionis q̄ supposito sicut dictum fuit in precedente distinctione q̄ assumptio nature create fieri debeat ad unitatem persone diuine et non ad unitatem diuine nature: non necessario consequitur q̄ natura assumpta vel aliqua eius potentia naturalis eleuetur ad supernaturalem operationē q̄uis eleuata sit ad supernaturalem personalitatem et ad esse hypostaticum supnaturale. et ratio ē quia opatio modus et condicio operationis magis sequitur condicionem nature vel potentie que est ipsius principium: q̄ condicionem suppositi operantis. non enī magis vel perfectius disgregat vs̄sum homo albus q̄ lapis albus immo minus si albedo in lapide sit intensio: neq; magis calefacit manum appositam animal caliduz q̄ ignis: imo multo minus q̄uis animal sit suppositum perfectius. et inde est q̄ unitas vel pluralitas operationis magis consequitur unitatē vel pluralitatem nature aut potentie a qua p̄cedit: q̄ suppositi operantis. vnius enī suppositi vt hominis: multe et diuerse sunt opatiōes s̄m diuersitatem et multitudinem formarū aut potentiarum que sunt earum principia imediata. vnde et in xp̄o qui est vnū tantūmodo suppositum et p̄sona: plures et diuerse ponuntur operationes s̄m diuersitatem naturarū diuine. s. et humane in quibus subsistit. nullius ergo efficacie ē argumentatio quorundam volentium probare q̄ sola natura rationalis seu intellectiua assūptibilis fuit a persona verbi: eo q̄ nulla alia potuit eleuari ad operationem supernaturalem cum cetera omnes sint nature irrationales intellectu et voluntate carentes que potētie dūtaxat eleuari possunt ad supernaturalem operationem. vt enim est deductum: suppositum istorū est falsum. s. q̄ eleuatio nature create ad unitatem supernaturalem hypostasis et ipsius esse subsistentie: arguat necessario eleuationem nature vel ei⁹ naturalis potentie ad supernaturalem opationē. neq; est omnino simile vt ipsi falluntur de esse rei et de eius operatione in creaturis: nam in eis

esse subsistentie est per se et imediate p̄prietas suppositi non nature: nisi per supposituz quod vere et p̄prie subsistit. et ideo unitas vel pluralitas huiuscemodi esse: arguit necessario unitatē vel pluralitatem suppositi. ita q̄ impossibile sit in rebus creatis vnum suppositum habere plura esse subsistentie: aut plura supposita et hypostases habere vnum tantūmodo esse subsistentie. loquimur nunc de unitate numerali. operatio vero quāuis p̄prie et directe sit suppositi subsistentis tanq̄ eius quod operatur: non tamen emanat ita imediate et in actu completo ex principis sue nature quemadmodum esse subsistentie sed mediante aliqua potentia vel virtute. ac p̄ hoc unitas vel pluralitas operationis: non necessario arguit unitatem vel pluralitatem suppositi sed unitatem vel pluralitatem virtutis aut potentie a qua imediate procedit. et quāuis potentia et virtus imediate et per se fundet̄ in natura: non necessario sequitur ad eleuationem nature assumpte ad unitatem supernaturalem suppositi et ipsius esse: q̄ fiat eleuatio potentie vel virtutis eius ad supernaturalem operationem. licet bene argui possit ipsius eleuatio ad unitatem supernaturalem suppositi et sui eē subsistentie. eo q̄ potentia aut virtus in natura radicitur et ab ea naturaliter emanat et idem esse subsistentie simul cū natura participat. ac p̄ hoc eleuationem nature ad esse supernaturale: consequitur eleuatio potentie vel virtutis ad illud idem esse supernaturale subsistentie. sed qz potentia q̄m ad suum esse et sui radicationem: naturam respicit non operationem: ideo ad eleuationē nature aut etiā potētie q̄m ad eē: nō necessario p̄sequit̄ eleuatio potētie q̄m ad opationē q̄ nō sic in natura radicitur nec ab ea naturaliter emanat. Cōfirmat̄ premissa ea q̄ S. Tho. dicit de ve. q. 20. arti. 2. ad. 5. Ad. 5. inquit dicendū est q̄ vnio in xp̄o nō terminat̄ ad opationē sed ad esse. et ideo anime xp̄i inquātū ē verbo vnita non cōpetit vel videre verbū vel aliq̄ opatio sed solū hoc esse. s. in hypostasi verbi imediate loquēdo: cōueniunt aut̄ ei rōne suaruz potentiaruz et sue nature. hec ille. Simile dicit. 3. pte. q. 9. ar. p̄mo ad. 3. ait enim quasi in fine. ex parte ipsius vnionis non pōt ponī in xp̄o aliqua scientia. nā vnio illa est ad esse p̄sonale: scientia autem nō conuenit p̄sone nisi rōne alicui⁹ nature. vnde licet humana natura in xp̄o et ei⁹ potentia visiva eleuate sint ad esse supernaturale diuini suppositi: fortasse xp̄s clar⁹ nō videbat oculis corporeis q̄ naturalit̄ homo videre potest.



et tamē si argumentatio istoz valeret non soluz intellectus et voluntas: sed omnes cerere potētie animales et naturales eleuate fuisset in xpo ad supnaturalē opationez. Et ex hīs inferē falsitas opinionis quozūdam dicētiuz q̄ natura humana assumpta a diuino supposito: habeat ex rōne assumptionis et vnionis q̄ deo fruatur et beata sit. nam vt deductū est: eleuatio nature assūpte ad vnitatē suppositi diuini: non inferē necessario eleuationē ipsius ad operationez supnaturalē. non enim ex ipsa vnione vel assumptione ali quid conuenit nature assumpte directe et per se preterq̄ q̄ illud idem esse subsistentie habeat quod diuinū suppositum et in illo substantificetur ita vt vnum et idem suppositū sit nature diuine et nature humane et si quod aliud ē ad ista necessario consecutum cuiusmodi non est operatio que consistit in vnione potētie ad obiectū: que vnio alia est ab vnione nature ad vnitatem suppositi et hec potest esse sine illa. potest enim natura platonis esse vnita supposito suo si ita liceat loqui vel esse in supposito absq̄ hoc q̄ intellectus et voluntas eius vniatur suis obiectis: sicut contingit ipso dormiente vel nolēte intelligere aut velle. vnde et in triduo mortis xpi: natura corporis sui vnita fuit supposito verbi sine eius eleuatione ad beatificam opationem intellectus aut voluntatis. Deficit p̄terea istoz argumentatio in minori p̄positione qua dicunt naturam irrationalem eleuari nō posse ad supnaturalē opationem. hoc autem non est vsq̄: quaq̄ verum. nam sūmbria vestimentū redemptoris nostri supnaturaliter operabatur sanans quotquot infirmos illam tangebant vt dicitur Abarci 6°. et ymbra beati petri infirmos quos obumbrabat: supnaturali operatione curabat. put dicitur actuum 5°. et ad tactū virgē q̄ erat in conspectu dñi: aqua largissima efluxit de silice. put dicitur numeri 20. plura deniq̄ lignum dominice crucis ac etiam sanctorū reliquie legim⁹ fecisse miracula. Neq̄ obstat in p̄posito nostro q̄ nature iste irrationales ea supnaturaliter operabantur non sicut p̄ncipale agens sed tanq̄ instrumentum diuine virtutis. tum quia ad veritatem maioris p̄positionis in argumentatione istozū sufficit qualitercūq̄ natura assumpta eleuetur ad supnaturalē opationem siue illud sit tanq̄ p̄ncipale agens siue sicut instrumenta liter agens et siue eleuatio sit ad operationez supnaturalē mentis siue ad quācūq̄ aliam infra operationem mentalem. nam ad esse supnaturalē ex quo fundamento illi arguunt: satis est

q̄ sequatur posse supnaturale. i. posse in supnaturalē opationem qualiscūq̄ illa sit. non enim recta p̄tia inferitur q̄ ad esse supnaturale consequatur posse supnaturale fm opationem mentalem magis q̄ fm quācūq̄ aliam supnaturalē opationem. tum etiā quoniā humanitas xpi supnaturaliter operabatur tanq̄ instrumentum diuinitatis. put Damascenus dicit in tertio libro. nec refert q̄ ad vim argumentationis istozū q̄ instrumentum sit animatum vel inanimatum: dum tamen opatio sit supnaturalis.

**Secundo** Notandum ē q̄ verbalia terminata in bilis si p̄prie capiatur de virtute sermonis: important in subiecto quod denominant aptitudinez quandam vel dispositionem aut potētiā passiuam naturalem vel quasi naturalem ad actum p̄ nomen verbale importatum. et sic accipiēdo hoc nomen verbale quod est assumptibile vel vnibile: nulla natura creata assumptibilis est ad vnitatem diuine p̄sone nec illi vnibilis s̄z p̄sonalitatē vnitatem: cum talis vnio vel assumptio transcendat totū ordinem nature et omnem potētiā actiuā naturalis agētis. put. S. Tho. notat 3<sup>a</sup> p̄te. q. 4<sup>a</sup>. ar. p̄mo in corpe. ac p̄ hoc in natura creata nulla est ad illā potētiā naturalis passiuā. qz omni hūmōi potētiē respondet potētiā naturalis actiuā. capiēdo tamen eiuscemodi verbale minus p̄prie prout denotat in subiecto quod denominat aptitudinem aut dispositionem non naturalis necessitatis sed cuiusdam congruitatis: sola natura rationalis assumptibilis est ad vnitatem diuine p̄sone. non enim in natura irrationali est aliquid dignitatis vel necessitatis aut indigētie p̄ quod cōgruū sit ad vnitatē diuine p̄sone assumi. rationalis autē natura humana videlicet: quādam habet dignitatem ad ipsam assumptionem cū sit creata ad hoc q̄ deo vniatur et ipsum attingat p̄ eius optimas opationes intellectus. s. et voluntatis vt tradit magister in prima distinctione secundi sentē. habuit etiam humana natura congruitatem indigētie p̄pter originalis peccati reparationez quod culpa p̄mi parentis incurrerat. vt enim ex scriptura sacra accipi potest: finis huiuscemodi assumptionis fuit curatio nature assūpte. p̄pter quod Damascenus in tertio libro inquit. illud quod ē inassumptibile est incurabile. Si vero capiat verbale assumptibile nimis large et quasi abusiue. put importat qualēcūq̄ potētiā passiuā siue naturalem siue obedientialē respectu solius agētis diuini etiam nulla p̄supposita congruitate: nō



solum natura rationalis sed etiā irrationalis et vniuersaliter omnis natura creata assūptibilis ē ad vnitatē psonē diuine. in omni siquidē natura creata est potētia obediētie ad deū fm quam de ea fieri pōt quicquid de<sup>o</sup> vult: sicut de ligno fieri potest vitulus deo volēte et opante. huiuscemodi autem potētia obediētie correspōdet diuine potētie fm q̄ dicit̄ ex creatura posse fieri q̄d ex ea deus facere pōt. Aduertendū tamē q̄ potētia dei duplici<sup>o</sup> considerat̄. put. S. Tho. notat̄ dis. precedēte. q. 2<sup>a</sup>. ar. 3<sup>o</sup>. et in multis alijs locis: vlt̄ vt absoluta vel vt ordinata. dicit̄ autē potētia dei absoluta quādo cōsideratur ei<sup>9</sup> potētia f̄ se precise absq̄ ordine ad aliquod aliud attributum. dicit̄ vero potētia dei ordinata quādo cōsideratur in ordine ad dei sapientiā et presciētā ac voluntatē. loquēdo ergo de potētia dei absoluta: cū infinita sit: necesse est illi attribuire oē id quod in se est aliqd̄ et q̄d in defectū potētie non vergit. et quia assumere creaturā ad vnitatem suppositi est in se aliqd̄ et in defectū potētie non vergit: ideo de potētia dei absoluta de<sup>o</sup> potest assumere quācūq̄ creaturam. imo respectu huiuscemodi potētie nō est vna creatura magis assumptibilis q̄ altera: quia huiuscemodi assūptionis opus ē maxime mirabile. et vt Augustin<sup>9</sup> ait in epistola ad volustianuz in reb<sup>9</sup> mirabiliter factis: tota ratio facti ē potētia faciētis. loquendo autē de potētia dei ordinata: omne illud attribuitur diuine potētie q̄d deus vult facere et sapientia sua habet vt faciat. et illud huic potētie ordinate subtrahit̄ quod deus fm ordinē sue sapientie et presciētie nō vult. et qz diuina sapientia ordinauit et voluntas voluit naturā humanā ad vnitatē psonalem verbi assumi et non aliam creaturā. put supponitur ex sacre doctrine veritate: ideo respectu potētie dei ordinate sola humana natura fuit assūptibilis. Secundū premiffa accipiēda est in dictis. S. Tho. concordātia. nā in primo ope in hac. l. dis. q. p̄ma ar<sup>o</sup> p̄mo sub articulo p̄mo tenet q̄ creatura irrationalis fuit a diuino supposito assūptibilis capiēdo assūptibile tertio modo supra posito. in secūdo vero ope re. 3<sup>o</sup>. pte. q. 4<sup>a</sup>. ar. p̄mo tenuit q̄ irrationalis natura assūptibilis nō fuit. in p̄mo siquidē ope locutus ē in respectu ad potētā dei absolutā et ad potētā creature obediētialē. in secūdo autē opere loquit̄ de natura assūptibili in respectu ad potētā dei ordinatā et fm q̄ assūptibile denotat in creatura quādā aptitudinē congruētie. vnde ibidē in respōsione ad p̄mum inq̄t. creature denominant̄ aliq̄les ex eo q̄d cōpetit eis fm p̄pas

causas: nō autē ex eo q̄d eis cōuenit fm causas p̄mas vniuersales. sicut dicit̄ aliquē moribū incurabile nō quia non pōt curari a deo: sed qz per propria p̄cipia subiecti curari non pōt. sic ergo dicit̄ aliq̄ creatura nō esse assūptibilis: nō ad subtrahēdū aliqd̄ potētie diuine: sed ad ostēdēdū cōdicionē creature que ad hoc aptitudinē non habet. hęc ille.

**Tertio** Notandū est q̄ qz assūptio nature humane in xpo facta est ad vnitatē suppositi: nō aliud puenit nature assūpte directe et p se ex vi assūptionis nisi q̄ in diuino supposito substantificet̄ et suppositet̄ ita vt vnū et idē suppositū sit nature diuine et nature humane ac p hoc q̄ idē subsistentie esse p̄prium diuini suppositi: participetur a natura humana assūpta quo subsistere dicat̄ eo modo quo subsistere debet nature. hoc enim necessario cōsequit̄ ad vniōnē nature cū supposito p̄prio vel non p̄prio: q̄ natura subsistat p esse suppositi. q̄ aut natura assūpta deo fruatur et beata sit: nō est necessario consequens ad esse nature nec ad eius suppositionē. hoc p̄batur. nā aut id est ex vi suppositionis in quocūq̄ supposito aut specialiter ex suppositione facta in diuino supposito. sed neutrū dari pōt. non p̄mū quia tūc oib<sup>9</sup> generaliter hominib<sup>9</sup> conueniret eo ipso q̄ homines sunt et habēt eē in re natura: q̄ deo fruant̄ et sint beati quod est absurdū. neq̄ dari pōt secundū quia cū fructio sit actus potētie fruētis circa obiectū fruibile: cōsequit̄ directe et p se vniōnem potētie ad obiectū sub ratione fruibilis: ex qua vniōne obiectū fruibile sub rōne talis obiecti sit p̄sens potētie. huiuscemodi autē presentia: alia est et alteri<sup>9</sup> rationis a p̄sentia qua suppositū diuinum p̄sens ē nature assūpte in rōne suppositi. nam p̄ma est qua obiectū sit p̄sens potētie: ex q̄ presentia act<sup>9</sup> opatiōis elicitur nō eē subsistentie vel obiecti vel potētie causat̄. qz potētia vt p̄hs dicit. 2<sup>o</sup> de aīa imediatū p̄ncipiū ē opatiōnis. opatiō autē p̄supponit esse et potētie et obiecti illā informātis et actuantis. secūda autē p̄sentia ē intimior nature assūpte causans p se et directe esse et suppositionē ipsi<sup>9</sup>. vnde et vniō nature assūpte ad psonā assumētē q̄ simul est cū huiusmodi p̄sentia: est vniō fm subsistentiā et in vnitatem suppositi q̄ naturaliter opationē p̄cedunt et p̄sertim actū fructiōnis ad quē nō sufficit p̄sentia obiecti fruibilis in ratione suppositi: nisi sit etiam p̄sens sub rōne obiecti fruibilis. vnde. S. Tho. infra distinctione. 14<sup>a</sup>. arti. p̄mo sub arti. 3<sup>o</sup> ad primū: assignans differentiam vtriusq̄ vniōnis

inducit in exemplum q̄ verbū vnit̄ cor̄pori christi in p̄sona non t̄n̄ vt visibile cū ab ipso cor̄pe non videat̄ ac p̄ hoc neq̄ corpus ipso fruīt̄: et in tri- duo mortis xp̄i suppositum verbi vnitū et p̄sens fuit in rōne suppositi cor̄pori xp̄i in sepulchro ia- centi: et tamē nō fuit illi vnitū aut p̄sens in rō- ne obiecti fruibilis nec fm̄ se nec ex anime redū dantia a qua tūc separatū fuit. ¶ Neq̄ valet si q̄s putans euadere dicat q̄ ex vnione et p̄sen- tia diuine p̄sone in rōne suppositi: sequit̄ eius v- nio et p̄sentia sub rōne obiecti fruibilis nō cui libet nature indifferenter sed nature q̄ apta na- ta est deo frui q̄lis est anima rōnalis non autem ei⁹ corpus. nā vt bene arguit Scot⁹ si p̄sentia diuine p̄sone in rōne suppositi necessario ifert ei⁹ p̄sentia in rōne obiecti fruibilis: cui⁹ solus fili⁹ dei vnietur et sit p̄sens humane nature in rōne suppositi non pat̄ nec sp̄s sanct⁹: sequeretur q̄ aia xp̄i solo filio dei fruere non patre nec sp̄i- tu sc̄to q̄ anime xp̄i in rōne suppositi p̄sentes nō sunt: quod falsum est qm̄ opa trinitatis indiuisa sunt ad extra. Et p̄terea p̄sentia dei in rōne suppositi: non plus arguit p̄sentia⁹ sui in rōne ob- iecti fruibilis: q̄ p̄sentia dei p̄ illapsum. nō enī illa magis q̄ ista respicit potētiam volūtatis vt obiectum volibile. sed p̄sentia dei p̄ illapsū q̄. s. deus ē in omnib⁹ rebus vt dans esse et eas in eē conseruans nō causat ex necessitate p̄sentia⁹ dei in rōne obiecti fruibilis etiam in natura apta na- ta deo frui: alias mens humana semp deo frue- retur in via quia semp de⁹ est illi p̄sens p̄ illap- sum quod cōstat falsum esse. ergo neq̄ p̄sen- tia dei in rōne suppositi necessario causat p̄- sentiam sui in rōne obiecti fruibilis.

**Quarto** Notandū est p̄ declara- tione tertie conclusionis q̄ in p̄positis ex materia et forma: duplex forma cōsuevit distingui. s. forma partis et forma toti⁹. sicut in homine forma partis dicit̄ aia rōnā- lis: forma vero totius dicit̄ humanitas q̄ est na- tura seu essentia hominis resultās ex vnione ani- me rationalis ad cor̄p⁹. vtrāq̄ aut̄ forma dupli- ci rōne dicit̄ s̄z q̄ genitiuus dupliciter pōt ac- cipi. s. trāsitiue et intrāsitiue. dicitur enī humani- tas forma totius capiēdo genitiuū totius trās- tiue quia. s. est forma toti⁹ compositi subsistētis videlicet hominis non pp̄rie ipsuz informans sicut materiā forma: sed quia per humanitatem homo essentialiter et q̄dditative est homo. q̄d- ditas aut̄ rei formaliter se habet ad rem qz ab- strahit a condicionibus indiuiduātibus q̄ se te- nent ex parte materie q̄ est primū indiuiduatio

nis principii. Potest iteruz dici humanitas for- ma totius capiēdo genitiuū totius intransitiue: quia. s. est forma q̄ ē tota substātia et natura ho- minis cōplectēs in sui rōne vtrāq̄ partē sub- stantialē. s. aiam et corpus ex q̄bus cōstituit̄. et qz partes materialiter se habēt respectu toti⁹: ideo humanitas ex illis composita dicit̄ forma. itaqz forma dicit̄ qz habet rōnem toti⁹. et dicit̄ totuz quia ptes hominis substātiales cōplectit̄. Cōsi- militer aia dicit̄ forma partis capiēdo transitiue genitiuū: quia p se et immediate informat partem hominis substātialem. s. materiā. intrāsitiue vero dicit̄ anima forma partis qz est forma q̄ est pars substātialem toti⁹ compositi siue accipiat̄ cōposi- tum ipa natura humanitatis q̄ resultat ex vnio- ne cor̄pis et anime ex vtrāq̄ parte cōposita: siue accipiat̄ compositū p se subsistēs qd̄ p̄ter naturā includit in suo significato esse subsistētie pp̄ta- tes et accidentia. ¶ Aduertendū tamē put. S. Tho. notat libro. 4. sen. dif. 4. q. 4. q. p̄. ar. p̄. sub ar. 2. ad. 2. Et s̄ gē. li. 4. ca. 81. Et d̄ veri. q. 16. arti. p̄. ad. 16. q̄ humanitas et que cūqz alia forma toti⁹ quāuis non sit forma pris: non tamē a forma ptis sic distinguitur q̄ sit alia forma ab ea totaliter distincta. nā qz pformam materia fit hoc aliqd̄ in actu put p̄bs dicit̄ sc̄do de anima: si forma totius esset tertia forma sim- pliciter a forma pris distincta: nō esset substātia- lis sed accidētalis: adueniret enim rei actu exi- stenti. est ergo forma totius sic distincta a forma partis: q̄ ipsam p se et realiter includit tanquāz ptem sui. itaqz vtriusqz forme distinctio ē sicut to- tius et pris. ex quo sequit̄ q̄ humanitas non de- bet dici tertia res simpliciter distincta ab anima et cor̄pe eo q̄ vtrāq̄ partē in se includat. vnde si alicubi. S. Tho. illud dicat: accipit tertiā rē non pp̄rie et simpliciter sed large et fm̄ quid qz sc̄licet nec simpliciter est aia nec simpliciter ē cor- pus sed quoddaz totum ex illis tanquā ex ptib⁹ constitutum: nō sola aggregatione sicut est acer- uus lapiduz cuius quelibet pars est hoc aliquid actu per se existēs: sed reali et essentiali p̄positio- ne quia videlicet ex vnione cor̄pis et anime: v- na essentia et natura constituitur in qua ptes. s. anima et corpus sunt quodāmodo materialiter et in potentia licet vna se habeat ad alteram si- cut actus et forma. est enim hoc generaliter ve- rum q̄ ptes cōponētes sunt in toto materialiter et in potētia put. S. Tho. in pluribus locis do- cet et de humanitate illud dicit in hac disti. q. p̄. articulo. 3. sub arti. 3. ad. 3. vbi ait q̄ cum of- nomine humanitatis corpus et aia intelligi in-

intelligendū est materialiter sicut nomine totius intelligunt partes. nō q̄ totū p̄prio loquēdo sit sue partes sed aliquid ex partib⁹ constitutū. hec ille. Et consonat dictis phi. 7<sup>o</sup> methaphisice vbi ostendit q̄ partes ex quibus cōponunt substantie nō sunt substantie actu existētes sed in potentia dū se habēt vt partes. i. vt sunt vnite i toto. q̄d S. Tho. ibi dclarās lectione. 14<sup>a</sup>. §. manifestū est aut inquit. omne enī q̄d est i actu oportet eē ab alijs distinctū qz res vna diuidit ab alia p̄ suam formā et actū. hec ille. Et ex his potest assignari ratio q̄re totum p̄ aggregationē sicut cumulus vel acervus lapidū est realiter sue partes simul vnite. nō aut totū p̄ cōpositionē. quia. s. i toto p̄ aggregationem quilibet pars est actu per se existēs. ex plurib⁹ aut actu p̄ se existentib⁹: nulla substantia neqz aliqua vna natura constitui pot vt phs in codē libro pbat. vnde totuz ex hmoi partibus resultat: nihil aliud ē substantialiter et naturaliter nisi partes simul accepte. nam ipsa forma totū quid artificiale et accidens est. vnde phs versus finē septimi metha. §. qm̄ vero inueniens distinctionē totū p̄ cōpositionē et totū p̄ aggregationem dicit q̄ totū p̄ cōpositionē est vnū simpliciter: totū vero p̄ aggregationē non ē vnū simpliciter sed fz qd quia partes sunt i actu cū nō sint sibi inuicē cōtinue. ita q̄ hmoi totuz simpliciter quidē est multa et vnū fm̄ quid. cui⁹ diuersitatis rationē. S. Tho. ibidē assignat: qz totuz p̄ cōpositionē sortitur speciē ab aliquo vno q̄d est vlt forma vt in corpemixto vel cōpositio vt i domo vel ordo vt in syllaba et numero. totū vero p̄ aggregationē sortitur spēm ab ipsa multitudine partū collocatarū in vno loco. in toto autez dicto p̄ veram et realē cōpositionē: partes nō sunt in actu p̄prio sed solū in potētia. ipm̄ aut totum est in actu et natura quedā ac realitas. itaqz facta cōpositione: non iā est dare sibi plura actu neqz partes actu sed vnū tantū modo totū in quo si aliq̄s velit imaginari partes sibi inuicem vnitas: oportet eas considerare nō sub actu p̄prio nec sub p̄pria realitate sed sub totalitate et actualitate ac realitate totū cōclusas. et inde est q̄ totum non predicat de partibus cū non sint in actu p̄prio nec vt plures. vnde. S. Tho. opus. 32<sup>o</sup> d natura materie caplo vltimo: partes inqt linee nō sunt aliqua duo sed sunt vnū actu. ipsa vero linea est vnū actu et duo in potētia: et facta diuisione fit duo actu. sola enī diuisione in cōtinuis: facit esse actu. hec ille. et faciūt ad ppositū nostrum multa que. S. Doc. ibidē dicit precedentia et sequentia. nec contra partes simul accepte predicantur

de toto. habet enī huiusmodi totum quandā totalitatis naturā ex cōpositione partū resultatam quā nulla pars nec omnes simul vnite hnt etiam si p̄ imaginationē vel prationē signentur in toto. naturā enī q̄ est humanitas: neqz anima neqz corp⁹ neqz vtrūqz simul hnt. neqz partes animalis sibi inuicē vnite habēt illam organizationis naturā quam totuz animalis corpus habet. hoc tamē magis manifestū est in totis etherogeneis q̄ in totis omogeneis. eo q̄ totū etherogeneū cōponitur ex partib⁹ dissimilibus i natura. in toto vero omogeneo cum sit ex partib⁹ similib⁹ constitutū: nō est ita manifestū. verū tamen qz etiā in toto omogeneo partes sunt in potentia et nō in actu qz facta cōpositione non remanet aliqua realitas aut actualitas vel cōtinuitas nisi totius: ideo nō solum totū etherogeneum sed etiā totū omogeneū habet quandam vnitatis vel cōtinuitatis ac pfectionis naturam sibi p̄pria in eo q̄ totū: quā partes vt sunt partes nō hnt. Quod aut. S. Tho. dicit p̄. p. q. 11<sup>a</sup>. ar. 2<sup>o</sup>. ad. 2<sup>m</sup> et i quibusdā alijs locis q̄ totū omogeneū constituit ex partibus hntibus formā totius sicut quilibet pars aq̄ est aqua: debet intelligi de forma et natura totū fz q̄ ē talis res. s. vel lapis vel lignū et nō fm̄ q̄ est quoddā totū. tota enī aqua hnt aliquid in q̄m est aq̄ qd etiā partes ei⁹ et quilibet eaz habēt vel diuise realit a toto vel p̄ rationē in toto signate. sed p̄ter id q̄d est natura aque: tota aq̄ habet formā quandā actualitatis et cōtinuitatis sibi p̄pria: quā partes in toto vnite nō habent nisi participatione totū. sunt enim partes aque in actu et cōtinue: actualitate et cōtinuitate totū. nam in se cōsiderate: nec esse actu habent nec cōtinuitatem sed sunt in potentia tantum vt phs docet 7<sup>o</sup> metha. ita vt non sit ibi aliquid reale et in actu nisi totū. vñ. S. Tho. p̄. pte. q. 3<sup>a</sup>. ar. 7<sup>o</sup>. in cor. inquit. in totis similibus partū licet aliqd qd dicit de toto dicat de parte sicut pars aeris est aer et aque aq̄: aliqd tamē dicitur d̄ toto qd non cōuenit alicui partū. nō enī si tota aqua ē bicubita: et pars eius ē bicubita. sic igitur in omni cōposito est aliqd quod nō est ipsum. hec ille. Itē cōtra gen. 11<sup>o</sup>. p̄. ca. 18<sup>o</sup>. ratioe penultima inqt. in oī cōposito bonū non est huius vel illi⁹ partis fz totius: et dico bonū fm̄ illam bonitatē q̄ est p̄pria totius et pfectio eius. nam partes sunt impfecte respectu totū sicut partes hoīs nō sunt hō. partes enī numeri senarij nō hnt pfectionē senarij. et similit partes linee nō pueniūt ad pfectionē mensure q̄ in totalinea inuenit. hec ille. In toto aut etherogeneo differenter se hnt.

quonia si partes realit diuidant vel in ipso toto p inaginatione signent et distinguant: neq; habet naturam totam vt est res quedam neq; in qm e quod da totum. nulla eni pars domus est domus neq; aliq pars hominis est homo et sic de ceteris. Dicunt ergo summatim q totum etherogeneu differt a suis partibus dissimilibus ex quib; componitur: et pfectione sue nature et quibusdam etiã p prietatibus et p p p riu esse. non enim partes huiusmodi totius habet in toto naturam et entitatez totius cum sit cõpositum ex partibus dissimilibus nature: neq; habet p p riu esse sicut habet totum: neq; habet vnitatem aut cõtinuitatem et actualitatem vel cõmensurationem quã habet totum. totum vero omogeneu differt a suis partibus non pfectione nature put est talis res sed differt ab eis pfectione totalitatis et quibusdam p p rietatibus ac per ipm esse sicut dictum est de toto etherogeneo. Ex premisis inferimus contra opinionem quorundam q totum cõstitutum ex materia et forma nec est respectus neq; est relatiuum fm esse. hoc p batur. cum qz nullus respectus aut relatiuum fm esse componitur intrinsece et qddi tatiue ex absolutis cuiusmodi sunt materia et forma. cum etiam quia nullus respectus vel aliqd de predicamento relationis est per se terminus generationis. put p h s docet. 5o phisicorum. cõpositum autem ex materia et forma est quid cõstitutum per generationem.



**Quantus ad ar-**

ticulum quartum respondendum est obiectionibus aduersarior. et quidem ad primam henrici contra primam conclusionem dicitur q maior est falsa et cõsimiliter minor sicut iacet. et de hoc dictum est lati in primo notabili. et ad confirmationem negatur assumptum. non enim est simile vtrobiq; qm ad esse naturale psequitur ex necessitate nature posse in opationez naturalẽ: sed ad esse supnaturalẽ cum sit gratis datum non consequitur ex necessitate posse in opationem supnaturalẽ. naz pot dari ex gra esse supnaturalẽ et q hec gratia nõ fiat ad opationem supnaturalẽ salte q non necessario consequatur. sicut apparet in infantibus baptizatis qui p vnionem gratie gratum faciẽtis habet quoddam esse supnaturalẽ quo filij dei sunt: et tamẽ non habet posse p tunc in opationem supnaturalẽ. qm hoc exẽpluz non sit omnino simile nro pposito sicut nec in rebus creatis est sufficiens et pfecta similitudo diuinorum. Ad. 2. dicit q quicqd sit de minori et

 quia due nature in eodē supposito aliquo modo  
 se habēt vt partes totius subsistētis. pars autē  
 non predicatur omnino p̄prie de toto vel de a-  
 lia parte nisi denominatiue. cuius igitur diuina na-  
 tura et humana sint aliquo modo partes vnius  
 suppositi subsistentis in vtrāq̄ natura: vnde Da-  
 mascenus dicit personam verbi post incarnatio

nem esse compositam: videtur q̄ vna non possit  
 omnino p̄prie predicari de alia nisi vtrāq̄ vel  
 saltē altera sumatur denominatiue vt dicēdo  
 deus est humanatus vel alia huiusmodi. dicen-  
 do autem deus est homo vel homo ē deus: neu-  
 ter denominatiue sumitur quāuis vtrāq̄ cōcre-  
 tiue sumatur. non autem est idem cōcretum et de-  
 nominatiuum. ergo illa p̄positio deus ē homo  
 non est omnino eque p̄pria sicut ista fortes ē ho-  
 mo vel deus est humanat<sup>o</sup> quamuis sit vera. q̄  
 autem concretum et denominatiuum nō sint om-  
 nino idem potissime in substantijs: declarat di-  
 cens q̄ in substantijs inuenitur triplex differētia  
 nominū scilicet abstractum et concretum et de-  
 nominatiuum vt humanitas homo humanat<sup>o</sup>.  
 in accidentibus autē duplex tantū scilicet abstra-  
 ctum vt albedo et cōcretum seu denominatiuum  
 que in vnū coincidunt vt album. et causa ē quia  
 quedam est concretio nature ad suppositum p̄-  
 prium vt humanitatis ad hominem. alia est cō-  
 cretio accidentis ad subiectum vt albedinis ad  
 fortem. cum igitur natura accidentalis p̄prium  
 suppositum nō constituat sed in alieno subiectiue  
 existat: ideo in accidentibus nō est concretio na-  
 ture ad suppositum nisi quia concernit ipsius me-  
 diate vel imediate vt subiectus. et quia cōcretio  
 accidentis ad subiectū est denominatiua et non  
 essentialis eo q̄ accidens comparatur ad subie-  
 ctum vt forma accidentalis: ideo in omnibus ac-  
 cidentibus omne cōcretum est denominatiuum.  
 substantia autem cōstituit p̄prium suppositū nec  
 est pars eius imo dicit totum. p̄pter quod inue-  
 nitur quoddam cōcretum ex cōcretionē nature  
 ad suppositum vt homo q̄d tamen nō est deno-  
 minatiuum quia omnis denominatio est a parte  
 formali vel materiali quātitatiua vel potentiāli  
 nisi sit denominatio ab aliquo extrinseco. et ideo  
 per cōparationem ad tale suppositum cuius to-  
 tam naturam dicit abstractum: non potest inue-  
 niri aliquod concretum quod denominatiue p̄-  
 dicetur de eo. vnde non bene dicitur fortes ē hu-  
 manatus sed homo. dicitur tamen q̄ fortes est  
 humanat<sup>o</sup> sed tunc humanatus nō sumitur i sen-  
 su denominatiuo ab humana natura sed accipi-  
 tur p̄ mansuetū. si vero talis natura inueniatur  
 in supposito iam per aliam naturā constituto si-  
 cut natura humana est in christo per miraculū  
 respectu talis suppositi inuenitur i tali natura cō-  
 cretum denominatiuum. vnde bene dicitur de<sup>o</sup>  
 est humanatus quia respectu talis suppositi ha-  
 bet rationem partis et non rationem totius. et  
 ideo vt dicitur debet predicari solum denomi-

natiue de illo et nõ essentialiter et in quid si volumus omnino seruare pprietatem locutionis vt dicendo deus est humanatus et non deus e homo: quãuis et illud sit verum licet forte nõ vñ q̃quaq̃ ita pprium sicut illa sortes est homo. nec scriptura nec doctores semper seruant omnimodã pprietatẽ in dictis suis. hec Durandus in forma. ¶ 6º. arguit Scotus q̃ illa predicatio non sit per se primo modo. quia licet predicatum cum in se sit substantia non accidat subiecto nec econtra nec ambo alicui tertio et ideo dicta predicatio non sit predicatio per accidẽs eo modo quo loquitur methaphisicº: tamen non sequit̃ q̃ sit per se loquendo logice: sicut nec ista ronale est animal vbi predicatum et subiectum eodem modo se habent. imo est per accidens logice loquendo quia predicatum est extra intellectum subiecti. licet neutrum extremũ per accidẽs in sit alteri nec eorum vnio sit accidentalis sic in pposito. ¶ 7º. quia ista non est pprie per se christus est homo. quia licet predicatum sit de ratione subiecti: tamen subiectus nullum conceptum habet per se vnum sicut nec subiectum istius homo albus est albus. igitur multo minus hec est p se deus est homo. ¶ 8º. quia predicatum dicte ppositionis se habet respectu subiecti vt predicabile accidentis et non vt species. quia predicatum non est de ratione subiecti et aduenit subiecto existẽti in actu completo vt possit ab eo abesse. et quo ad hoc videtur habere similem habitudinem respectu subiecti qualem habet illud p̃dicatum quod dicitur accidens. ¶ 9º. arguit q̃ illa predicatio non sit solum fm idẽtatem suppositi quia tunc erit processus in infinitum. nam dicendo deus est homo: ibi certe implicatur q̃ deus est suppositum quod est homo: et ista implicatio predicat hominem de illo quod implicat. et tunc si predicatum accipiatur formaliter hẽt ppositum. si autem tantũ pro supposito implicato est pcessus in infinitum. ¶ 10. quia natura non predicatur de supposito tantũ modo idẽtate sed formaliter. igitur zc.



**Q**uantus ad articulum tertium primo notandum est q̃ vt philosophus tradit. 10. methaphisice: mas z femina sibi inuicem correspondẽtes ad eandem speciem pertinet. sed quia se habent sicut principium actiuum et principius passiuum et sicut agens et patiens quorum est alia

et alia ratio: sunt infra eandẽ speciem diuersas habentes rationes actiuas scilicet et passiuas prout philosophus dicit. 15º libro de animalibus. ex quo fit vt in animalibus perfectis in quibº mas et femina distinguuntur sexus supposito vt ibi philosophus inquit: vis generatiua que fm sexus pprietatem est principium generandi: alteriº rationis sit in mare et alterius in femina. attenditur autem huiuscemodi diuersitas principaliter quidem in agendo et patiẽdo. quia vis generatiua in mare est principium generationis actiuum: in femina vero est principium generationis passiuum. non enim natura distingueret ad opus generationis sexũ maris et sexus femine: nisi operatio maris distincta esset a femine operatione. propter quod philosophus dicit. 15º libro de animalibus q̃ vir dat animã formã z principium motus: femina vero dat corpus et materiam. et parũ infra subdit. manifestũ est q̃ mas est operans et femina patiens. vocamus autem hic generationem: ipsam prolis conceptionem que directe et per se complectitur corporis formationem organizationem et animationẽ. Aduertendum tamen q̃ quia generatio naturalis non sit ex quacũq̃ materia sed ex determinata eo q̃ propria forma et pprius actus in ppria sit materia. put philosophus dicit secundo libro d̃ anima et nono methaphisice: oportet q̃ generatio et conceptio prolis fiat non ex quacũq̃ materia sed ex ppria et conueniente. vnde necesse est q̃ sit aliqua virtus actiua per quam materia preparetur et fiat apta ad prolem concipiendã. hec autem virtus est ppria femine cuius est materiam conceptui ministrare. et respectu huiusmodi preparationis et dispositionis materie: femina seu mater actiue se habet in generatione. verũtamen huiuscemodi actio non est directe z essentialiter ipsa prolis conceptio vel generatio sed est ad eam antecedens. Est et alia actio ipsam prolis conceptionem antecedens que con similitur expletur virtute matris: quidãz scilicet motus localis quo materia ministrata ad locum generationi aptum et determinatum videlicet ad matricem femine deceditur. locus enim put philosophus docet. 3º. physicozũ ad generationem rei naturalis plurimũz confert. et respectu talis motus et actionis predicte mater etiam actiue se habet. virtus enim matris est huiusmodi motum et actionem agens. Est preterea fm doctrinam philosophi. 15º. et. 16º. de animalibº alia actio generationem et conceptionem plis consequens: fetũ scilicet et conceptũ in matrice



alere et conseruare. et ad hanc actionem femina seu mater etiam active se habet. iste siquid est actio nestres per virtutem in matre et in matrice existentem explentur. Patet igitur ex predictis quod ad ipsam conceptionem et generationem plus quam ad id in quo per se et essentialiter consistunt solus pater est active se habes: mater vero passive tantummodo. Accipiuntur supradicta ex dictis Sancti Thome distinctione. 3<sup>a</sup>. huius tertij. li. questione. 2<sup>a</sup>. articulo primo. Et. 3<sup>a</sup>. parte questione 32<sup>a</sup>. articulo. 4<sup>o</sup>. Quod autem Sanctus Tho. utrobique dicit respondendo ad. 4<sup>m</sup> in primo opere et ad. 2<sup>m</sup> in secundo opere quod potentia generatiua femine est actiua sed imperfecta respectu virtutis generatiue maris: debet intelligi de virtute generatiua femine respectu actionum que vel antecedunt vel subsequuntur ipsam per se passis conceptionem et generationem: non respectu actionis in qua directe et essentialiter conceptio et generatio plus consistit. nam respectu huius non est in femina seu matre potentia generatiua actiua sed passiuua tantum. vnde et utrobique locis preallegatis: Doctor Sanctus probat virtutes generandi actiuam esse in femina imperfectam et respectu generatiue maris: per hoc quod virtus generatiua in femina non se extendit ad formationem et conceptionem fetus: ad quam pertingit virtus generatiua maris sed ad preparationem materie precise. ¶ Ex quibus inferimus quod potentia vegetatiua anime quam ad vim generatiuam: non est eque actiua in femina quemadmodum in mare. patet hoc ex supradictis. quoniam potentia generatiua in femina respectu conceptionis et generationis essentialiter dicte non est principium actiuum sed passiuum tantum: quoniam respectu actionum antecedentium et subsequentium sit principium actiuum. generatiua autem maris est generatiouis et conceptionis actiuum principium et nullo modo passiuum. ¶ Quod autem Damascenus dicit in. 3<sup>o</sup> libro et habetur in littera a magistro quod spiritus sanctus superueniens virgini tempore. scilicet conceptionis christi iuxta verbum angeli Luce primo dedit ei potentiam verbi dei receptiuam simul et generatiuam: debet intelligi. put Sanctus Thomas exponit locis supra allegatis in responsione ad primum de potentia generatiua passive respectu generationis et conceptionis per se et essentialiter dicte. nam licet illa naturaliter haberet ad concipiendum et generandum modo naturali purum hominem: non tamen ad generandum et concipiendum deum verum et hominem et modo supernaturali scilicet salua integritate virginitat. Potest etiam

dictum Damasceni intelligi de potentia generatiua active respectu preparationis materie et motus eius localis ad locum matricis. nam quoniam hanc actiuam potentiam beatissima virgo naturaliter haberet quantum ad substantiam potentie: non tamen poterat sua sola virtute eam naturaliter in actum reducere nisi virtute et motione virilis seminis excitata quemadmodum sit in alijs matribus. dedit ergo spiritus sanctus beatę virgini virtutem ut sine motione et auxilio virilis seminis ipsam materie preparationem et motum ad locum matricis sua virtute generatiua supernaturaliter perfecta expleret. et huic expositioni fauet subsequenti Joannis damasceni verba quibus ait. et tunc obubrauit ipsam dei altissimi per se sapientia et virtus existens. scilicet filius dei patri hominibus. scilicet compositio substantialis velat diuinum seminem et copulauit sibi ipsi ex castis et purissimis virginis sanguinibus carnem animatam anima rationali et intellectiua primitias nostre masse non spermaticos. scilicet non seminaliter sed per spiritum sanctum condens. hec ille. vbi potentie generatiue quam spiritus sanctus dedit virgini: attribuit Damascenus quod loco seminis. scilicet vicem supplet virilis seminis ex castis et purissimis virginis sanguinibus copularet carnem christi animatam etc. vnde et sanguines virginis castissimi et purissimi appellantur pro eo quod virilis seminis motionem aut iuuuenem nullatenus habuerunt.

¶ **Secundo** Notandum est per resolutionem ad argumenta quod licet vis formatiua ac figuratiua membrorum et organorum proles sit in semine patris: aliquando tamen plures genita non assimilatur patri generanti in forma et figura membrorum sed vel matri vel alteri etiam extraneo vel nulli alteri quocumque. hoc autem contingit multipliciter. quandoque enim ex abundantia vel defectu materie vel ex aliqua eius indispositione. actio siquid est actiui exigit ad sui perfectionem debitam materie vel passi comensurationem. vnde quando huiusmodi deest comensuratio: vel non sequitur actio vel non est actio perfecta ac per hoc neque per illam agens pertingit ad faciendum sibi simile quantum est virtus naturalis non impedita posset. tunc enim vni quodque agens perfectum est in sui operatione quando attingit sibi simile facere. put philosophus tradit. 2<sup>o</sup> libro de anima. quandoque autem id contingit ex impressione celestium aut ex aeris dispositione sicut philosophus dicit in libro de animalibus quod ventus septentrionalis coadiuuat ad masculorum generationem: australis vero ad generationem femi-

narum. aliquādo vero illud accidit ex forti imaginatione maris vel femine quam ad aliquam extraneam figuram habent tempore coitus. sicut ferunt medici q̄ ex viro et muliere albi coloris natus est filius colore ethiops p̄ eo q̄ mulier in ipso actu coitus imaginationes fixit in figuram ethiopsis depictam in pariete quam p̄ oculis habebat. vnde talis potest esse dispositio et complexio materie ex qua proles formatur scilicet mēstruū a femina preparatum: q̄ virtus maris formatiua cum semine eius decisa distinguit et formet membra fetus cum maiore assimilatione ad matrem q̄ ad patrem propter materie a matre preparate inobedientiam ad virtutem feminis et ad matris complexionem maiorem conuenientiam. quā materiaz virtus formatiua maris vincere omnino non potest vt trahat membra fetus ad sui perfectam similitudinem. ad q̄ plurimū confert complexio et dispositio matricis que sicut p̄ prius locus formationis fetus iuuare potest vt fetus ad matris assimilationem trahatur. est enim mirabilis natura loci vt philosophus dicit. 3<sup>o</sup> physicorum. ita vt diuersa in diuersis locis et quedam in vno et non in alio generentur ceteris omnibus vtrobique adhibitis et pariformiter dispositis. **¶** Ex quibus inferimus q̄ causa qua membra fetus plus assimilētur matri q̄ patri aut matri et non patri: non est virtus formatiua actiue existens in matre nisi dispositiue tantū per actionem quam supra diximus precedere corporis formationem vt ipsius preparatoriam. sed causa actiua est virtus virilis feminis que materiam fetus a matre exhibitam coagulans et formans ac in diuersa membra distinguens que sunt illius actionis per se: causat accidēs q̄ membra fetus magis matri q̄ patri aut matri et non patri assimilētur p̄pter materie vel loci dispositionem. quemadmodum contingit p̄pter terre debilitatem vel aliam qualitatem q̄ semen tritici terre mandatum non triticum s̄ vel milium vel aliud genus frumenti germinat.

**¶ Tertio** Notandum est pro solutione argumentorum cōtra secundam conclusionem q̄ ad veritatem et p̄prietatem p̄positionis affirmatiue in qua dicit hoc est hoc: sufficit vel q̄ eadem res significata importetur per subiectum et predicatum cum eodem modo significandi terminorum: vel q̄ forma significata per predicatum se habeat ad subiectum vt eius forma vel per modum informantis et vt ponens rem suam circa subiectum per

modum inherentie vel per modum inexistentie formalis. q̄ autem forma significata per predicatum conueniat subiecto ratione forme significate per subiectum: nō necessario requiritur ad veritatem p̄positionis sed sufficit q̄ verificetur ratione suppositi alias ista non esset vera album est homo: neq̄ illud requiritur ad perfectitatem p̄positionis alias ista non esset vera per se homo albus est animal. vt enim Sanctus Thomas docet infra distinctione. 10<sup>a</sup>. questione p̄ma articulo. 2<sup>o</sup>. sub articulo. 3<sup>o</sup> in corpore: in p̄positionibus per se: aliter est ex parte subiecti et aliter ex parte predicati. quoniā ex parte subiecti sufficit q̄ fm̄ vnum tātmōdo eorum que in subiecto continentur: predicatum per se conueniat subiecto. ex parte vero predicati oportet q̄ quicquid est in predicato: per se conueniat subiecto. vnde hec non est per se homo est animal album. hec autem est per se. albus homo est animal. Eandē sententiā docet distinctione. 22<sup>a</sup>. questione p̄ma articulo. 2<sup>o</sup>. in corpore. q̄ autem forma significata per predicatū conueniat subiecto ratione forme significate per subiectū: non facit formaliter et per se veritatem p̄positionis sed facit q̄ predicatū vere et per se conueniat omnibus et singularibus sub subiecto contentis quando forma vel natura per subiectū significata pluribus est cōmunis. quia enī cū dicitur homo est animal: forma significata per predicatū vt animalitas conuenit subiecto ratione forme significate per illud scilicet humanitatis: ideo animal de singularibus contentis sub homine predicatur. Ex quibus inferitur q̄ cū in hac p̄positione deus est homo: non solū eadē res importetur per subiectū et predicatū quia idē suppositū diuinū scilicet persona filij sed etiā forma significata per predicatū inest subiecto vt forma ei per se inexistens eo q̄ suppositus per terminū subiecti importatū in ea ipsa forma vel natura vere et per se et substantialiter subsistit. put Sanctus Thomas expresse dicit in sequenti distinctione in glosa. li. q̄ ista p̄positio deus est homo est vera per se et p̄pria non obstante q̄ forma vel natura per terminū predicati importata non conueniat supposito vel subiecto rōne forme significate per terminū subiecti sed ratione suppositi tantū. veruntamē obstat q̄ predicatum homo cui dicitur deus est homo non predicatur de quolibet confēto sub subiecto quemadmodū fit cū dicitur homo ē animal. vnde singulare est in xpo q̄ hō p̄ se substantialiter predicatur de deo vt supponit personā filij: et tamē q̄ nō vere predicatur de deo p̄ se aut de deo spū sancto: ea

scilicet ratione quia homo ppter mysteriūz incarnationis predicatur de deo filio ratione suppositi subsistentis in humanitate nō ratione nature diuinitatis nomine dei significare. neq; i re alia hoc inuenitur quia nec in alio a xpo reperit q; sit vnum suppositum fm substantiam in duab<sup>9</sup> naturis essentialiter distinctis subsistens.

**Quarto** Notandum est put accipitur ex dictis phi in ante predicamentis q; pma et pncipalis condicio denominatiui est q; forma per ipsum importata fz quam sit denominatio: sit subiecto qd denominat accidentalis ita q; neq; sit de eius essentia neq; a pncipijs ei<sup>9</sup> essentialibus fluat. ppter quod hec nō sunt pprie loquendo predicationes denominatiue. homo est animatus vel corpore<sup>9</sup>. homo est risibilis. vnde omne nomen denominatiuum est concretū de genere accidentis rōne forme significare. cōcreta autē de genere substantie: denominatiua nō sunt nec denominatiue predicantur de pprijs suppositis capiendo denominationē pprie et fm rem: eo q; in sua significatione includunt suppositū quod denominant non qsi aliquid extrinsecū sed sicut clausuz in pprio significato ipsorum. ptnet enim ad pprium significatū nominis concreti in genere substantie nō solum forma sed et supposituz in ea forma subsistens. hoc enim nomē cōcretū homo nō solum significat humanitatē sed et suppositū in humanitate subsistens. nomē autē concretū d genere accidentis nō importat in ppria significatione subiectū sed solam formā vel naturā que subiectū denominat. vnde albi put phs dicit in pdicamentis solam qualitatē significat. copulat aut suū subiectum quasi aliquid extrinsecū. rō antez huius differentie inter significatū nominis concreti de genere substantie et significatū nominis concreti de genere accidentis posita est libro pmo distin. 4<sup>a</sup>. q. pma sub pmo notabili. et ideo cū dicitur natura vel persona humana: natura diuina et suppositum diuinū: humanū et diuinuz non sunt vere et pprie denominatiua nec denominatiue predicantur. **Ex** quib<sup>9</sup> inferimus q; iste ppositiones deus est incarnatus: deus ē humanatus: non sunt pprie loquēdo pdicationes denominatiue sed essentialis sicut et iste homo est corporeus: homo est animatus. non enim illa sola dicitur pdicatio essentialis in qua pdicatum dicit totā naturā vel essentiaz subiecti: sed etiam illa cui<sup>9</sup> pdicatum dicit partē essentie subiecti. Fallunt igitur qui putāt q; cū dicitur de<sup>9</sup> est homo sit pdicatio essentialis. et cum dicit de<sup>9</sup> est

humanatus vel incarnatus sit pdicatio denominatiua. nam sicut dictum est: ad pdicationē essentialē et non denominatiuā sufficit q; pdicatum sit de essentia subiecti quāuis totā eius essentiam nō dicat. alias ista esset denominatiua pdicatio et non essentialis petr<sup>9</sup> est aiatus vel corporeus quod est falsum. neq; requiritur vt isti putant ad pdicationē essentialē q; forma vel natura p pdicatum significata sit pmo et simpliciter constituēs supposituz: sed sufficit q; sit illud constituēs substantialiter vt ei<sup>9</sup> forma substantialis. vnde quāuis suppositum christi non simpliciter et ab eterno constitutum sit p humanitatem assumptā: nihilominus quia passumptam humanitatem vere cōstituit vt sit essentialiter homo: ideo vere et pprie hec pdicatio est essentialis deus est homo.



**Quantuz ad articulū** quartū respondendū est ad argumenta contra cōclusiones. Et quidem ad primū Scoti cōtra pma cōclusionē dicitur q; si argumentū valeret nō solum pbarer q; potētia generatiua in femina esset actiua: s; q; esset eque et eodē modo actiua sicut et potētia generatiua maris. ac p hoc q; femina nō plus esset femina q; mas: et ecōuerso mas nō pl<sup>9</sup> esset mas q; femina quod ē absurdū in philosophia. vñ dicendū ē ad argumētū put deductū fuit in pmo notabili q; sicut quāuis mas et femina eiusdē sint speciei in animalibus: q; tamē alia ē rō et cōplexio et virt<sup>9</sup> ac cōdicio maris et alia femine et se habēt ad inuicē sicut agens et patiens: ideo alterius et alteri<sup>9</sup> rationis est vtriusq; actio: licet ambe actiones ad vnā speciem animalis ptimeant sicut et ad eundem effectum concurrunt. neq; est inconueniēs q; potētie eiusdem speciei. i. que ex vna et eadem anima specie fluunt circa operationes alterius et alterius rationis versentur. **Et** ad confirmationem patet responsio in primo notabili vbi dicitur ex quibus inferim<sup>9</sup>. **Ad** 2<sup>m</sup> dicitur q; si argumētum valeret nō solum pbarer q; mater actiue se habet ad plis cōceptionē: sed etiā q; plus actiue se haberet q; p. vnde dicendū est ad argumētū q; cōmittit in eo fallacia fm nō causam vt causam. pcedit enim ac si causa maioris dilectionis p̄is et matris ad filiū sit maior actiuitas ad ei<sup>9</sup> cōceptionē. hoc autē est falsum. s; causa maioris dilectionis m̄is ad filiū q; p̄is ē quāz phs assignat vbi allegat q; s. mater magis scire pōt qui sunt ei<sup>9</sup> filij q; pater. et iterum quia

mater prius tempore concipit amoris affectum ad filios quoniam pater propter maiorem et assiduam ac magis laboriosum conuictum quem habet ad filios. Ad. 3<sup>m</sup> patet responsio ex his que dicta sunt in secundo notabili. Ad. 4<sup>m</sup> dicitur quod procedit ex falso supposito quasi scilicet ex nostra conclusione sequatur quod mater in generatione plus se habeat non aliter quam vas aquam imissam continens vel sicut terra in generatione mineralium. hoc autem falsum est cum ponamus matrem certo et debito modo materiam preparare ad generationem proles: et preparatam debito generationis loco ministrare et nonnulla alia disponere prout dictum fuit in primo notabili. unde Sanctus Thomas respondens ad simile argumentum loco pro conclusione allegato ad 4<sup>m</sup> ait. prebere materiam simpliciter ad generationem alii cuius: non facit matrem. sed prebere talem materiam sic preparatam: est id quod matrem facit. in ligno enim non est potentia naturalis ut ex eo fiat scannum cum per agens naturale in actu non compleatur. similiter neque in limo terre ut ex eo fiat homo. unde quod inducitur non est simile. Ad. 5<sup>m</sup> patet responsio ex his que dicta sunt in primo notabili respondendo ad auctoritatem Damasceni. Ad argumenta contra secundam conclusionem ad primum dicitur quod ex illo processu non recte concluditur quod ista propositio deus est homo non sit vera et propria: sed solum quod ista sit magis propria petrus est homo. id est plures habens causas proprietatis et veritatis. et hoc Sanctus Thomas concedit in hoc 3<sup>o</sup> libro ubi allegatum est pro conclusione. ait enim. vnde sicut hec est vera et propria petrus est homo: ita et ista deus est homo. est tamen in hoc differentia. quia in ista petrus est homo: homo predicatur in esse subiecto ratione suppositi et ratione forme importate per subiectum. sed in hac deus est homo: predicatum non inest subiecto ratione forme significate per subiectum. non enim convenit ei ratione diuinitatis et ratione suppositi. hoc autem sufficit ad hoc quod sit vera. hec. S. Tho. Quod autem arguens dicit quod in ista deus est homo non est identitas per se predicati cum subiecto: falsum est. et ad eius probationem negat assumptum. imo ista propositio deus est homo est in primo modo dicendi per se. predicatur enim species de sua hypostasi. homo enim ut species est ad hominem deum et ad ceteros homines et predicatur de deo per se non quidem ratione forme significate per hoc nomen deus sed ratione suppositi quod est hypostasis humane nature. Sic in sententia respondet. S. Tho. ad simile argumentum

in hoc 3<sup>o</sup> libro loco supra allegato pro conclusione in responsione ad. 5<sup>m</sup>. Et. 3<sup>a</sup>. pre. q. 16<sup>a</sup>. articulo primo ad primum. Quod autem arguens dicit quod deus manens deus potest non esse homo: non obstat predictis dum tamen manens homo sit per se et essentialiter homo. non enim quia equus potest mori et sic non esse animal ideo dum est animal non est per se et essentialiter animal. nec ratio formalis quia hoc est idem alii per se: est quia non potest manere idem sine illo nam sic homo esset idem per se quantitati: eo quod manens homo non potest esse sine quantitate. Et per hec patet responsio ad 2<sup>m</sup>. non enim requiritur necessario ad identitatem per se subiecti cum predicato quod subiectum non constituitur essentialiter et per se per aliam formam vel naturam a natura vel forma importata per predicatum prout ex supradictis apparet. sed sufficit quod subiectum vel suppositum constituatur per se et essentialiter per formam vel naturam per predicatum significatam sicut est in proposito nostro cum dicitur deus est homo. unde falsum est quod arguens dicit quod. scilicet cum dicitur deus est homo: suppositum diuinum per subiectum importatum non constituit formaliter per naturam que importatur nomine hominis. Ad. 3<sup>m</sup> negat minor. et ad eius probationem negatur iterum minor. et ad eius probationem respondetur dupliciter. primo quia licet non importet eadem essentia per hoc nomen deus et per hoc nomen homo: non ideo sequitur quod essentia importata per hoc nomen homo non sit vere et proprie ac per se essentia dei filii. ac per hoc non ideo sequitur quod ad interrogationem factam per quid est deus loquendo de supposito filii non recte et vere respondeatur quod est homo. Respondet scilicet quod ut. S. Tho. notat prima pre. q. 29<sup>a</sup>. articulo. 4<sup>o</sup>. ad. 2<sup>m</sup>. quod non semper querit de natura vel essentia quam diffinitio significat: sed quando querit suppositum ut cum queritur quid natat in mari et respondetur piscis. et isto modo hereticis querentibus in auctoritate Joannis apostoli dicentis tres sunt que testimonium dant in celo quid tres: responsum est a catholicis tres persone. unde etiam si natura humana per mysterium incarnationis non fuisset vere et per se essentia constituens suppositum diuinum substantialiter sicut in veritate est non ut simpliciter sit sed ut homo sit: nihilominus ad interrogationem factam per quid est deus: responderi posset quod est homo. id est suppositum quod est homo. nam tunc quod quereretur de supposito et non de essentia. Ad 4<sup>m</sup> dicitur quod procedit ex falso supposito. scilicet quod hec propositio deus est humanatus sit predicatio denominationis nativa. hoc autem falsum est. put in quarto notabili

lati<sup>9</sup> deductū fuit. Unde. **S. T.** infra disti. 7<sup>a</sup>. q. p<sup>ma</sup>. ar. 2<sup>o</sup>. ad. 4<sup>m</sup> dicit q<sup>d</sup> cū dicit<sup>9</sup> de<sup>9</sup> est humana: nō sumit<sup>9</sup> humanatus in vi nominis dno-  
minatiui s<sup>i</sup> i vi participij. vñ tātū valet humana  
tus quātū homo fact<sup>9</sup>. et hoc patet p auctorita-  
tē Damasceni positā in lfa. hec. **S. T.** pōt itez  
respōderi ad argumentū sicut etiā rñdet. **S. T.**  
loco proxime allegato. Et. 3<sup>a</sup>. p. q. 16<sup>a</sup>. ar. 3<sup>o</sup>. ad.  
2<sup>m</sup>. q<sup>d</sup> qz humana natura in xpo assūpta ē a sup-  
posito p se z cōplete subsistēte: aduenit fm silitu-  
dinē quādā accidētis cui<sup>9</sup> rōne pōt hfe modū p-  
dicationis denominatiue. qz tamē suppositū di-  
uinū substārialitē subsistit in humanitate z huma-  
nitas est ipsi<sup>9</sup> substārialis natura fm quā ē vere  
et subaliter hō: ideo vere z ppe pdicat<sup>9</sup> de suppo-  
sito diuino essentialiter: ipsope vero z p quādaz  
silitudinē pōt etiā pdicari voce denominatiua.  
Ad cōfirmationē dī q<sup>d</sup> nō est sile de carne si sola  
essz assūpta z d natura humana assūpta. qm per  
assūptionē humane nature i vnitate suppositi di-  
uinū: diuinū suppositū cōstituit humanū suppositū  
q<sup>d</sup> est homo. p assūptionē aut sol<sup>9</sup> carnis q non  
est cōpleta natura sed pars eius diuinū supposi-  
tum nō cōstitueret suppositū humanū quia pars  
nature nō sufficit constituere suppositū. ac p hoc  
neqz esset neqz diceret<sup>9</sup> homo. ¶ Ad. 5<sup>m</sup>. dicit<sup>9</sup> q<sup>d</sup>  
assūptū habet xitātē qm in vtraqz natura suppo-  
sitū nō subsistit substārialiter neqz ē essentialiter  
suppositū vtriusqz nature: sed qm in vtraqz natu-  
ra suppositū essentialitē subsistit z ē vere substātia-  
liter vtriusqz nature suppositū sicut est in pposi-  
to nro: ppositio assūpta veritatē nō habet. z de  
hoc plura dicta sunt in q<sup>r</sup>to notabili ex qbus sa-  
tis apparet q<sup>d</sup> arguēs nōnulla falsa assumit in suo  
pcessu. ¶ Ad. 6<sup>m</sup> dī q<sup>d</sup> pcedit ex falso supposito  
scilicet q<sup>d</sup> in ista ppositioe deus ē homo: pdicatū  
sit extra intellectū subiecti. hoc autē est falsum si-  
cut patet ex dictis in tertio notabili. vñ ista ppo-  
sitiō de<sup>9</sup> ē homo: est in naturali materia z de pri-  
mo modo dicēdi p se eo q<sup>d</sup> pdicatū est de essētia  
subiecti p mysteriū incarnationis si capiat<sup>9</sup> vt p-  
dicatio formalis. et ē idē cū subiecto rōne suppo-  
siti si pdicatio sit idētica. ¶ Ad. 7<sup>m</sup> negat<sup>9</sup> assūp-  
tū. nec valet eius pbatio quia licet hec ppositio  
xps vel deus est homo: habeat diuersos concep-  
tus naturarū: habet tamē vnū pceptū supposita-  
lem in quo naturarum conceptus vniuntur: et  
hoc sufficit ad hoc q<sup>d</sup> ppositio sit p se. ¶ Ad. 8<sup>m</sup>  
dicitur q<sup>d</sup> antecedens est falsum. imo vt. **S. T.**  
dicit infra distinctione. 7<sup>a</sup>. q. p<sup>ma</sup>. ar. p<sup>mo</sup> ad. 7<sup>m</sup>.  
Et. 3<sup>a</sup> pre. q. 16<sup>a</sup>. ar. p<sup>mo</sup> ad p<sup>mu</sup>m. ista predica-  
tio deus ē homo: reducit<sup>9</sup> ad predicationē qua p-

dicat<sup>9</sup> gen<sup>9</sup> de specie vel species de individuo: si-  
cut est ista petr<sup>9</sup> ē homo et ē in naturali materia  
fm q<sup>d</sup> de<sup>9</sup> in subiecto supponit p filio dei. Et ad  
pbationē antecedētis respōdet. **S. Tho.** infra  
distin. 6<sup>a</sup>. q. 3<sup>a</sup>. arti. 2<sup>o</sup>. ad p<sup>mu</sup>m et ad. 2<sup>m</sup>. Et. 3<sup>a</sup>  
pre. q. 2<sup>a</sup>. arti. 2<sup>o</sup>. in corpore et ad p<sup>mu</sup>m et. 2<sup>m</sup>.  
q<sup>d</sup> licet humana natura in xpo habeat quandaz  
silitudinē cū accidēte ppterea q<sup>d</sup> aduenit suppo-  
sito xpi post ei<sup>9</sup> esse cōpletū et sine ipsius supposi-  
ti mutatione: non tū fm veritatem est accidens  
supposito verbi. tum qz natura humana non dat  
esse accidētale diuino supposito sed assumit<sup>9</sup> ad eē  
substāriale ipsi<sup>9</sup> suppositi. tū etiā qz suppositū di-  
uinū subsistit subaliter in humanitate assūpta p  
ipsius diuinū et eternū suppositū: et p humanita-  
tē assumptā ē vere z subaliter hō. ista enī accidē-  
ti nō conueniūt nec alicui rei vere z ppe acci-  
dentaliter se habēti ad aliud. ¶ Ad. 9<sup>m</sup>. conce-  
dū<sup>9</sup> q<sup>d</sup> ista pdicatio de<sup>9</sup> est homo non solum ē  
idētica ratione idēticitatis suppositi: sed etiam est  
formalis sicut dictum fuit in primo notabili. sed  
ex hoc nihil ad ppositum suum habet arguens  
ptra nos vt ille falso putat. Et per hec patet res-  
pōnsio ad. 10<sup>m</sup>. pcedit enim ex falso supposito q<sup>d</sup>  
scilicet nos dicam<sup>9</sup> hanc predicationem de<sup>9</sup> est  
homo: esse idēticam et non formale quod ē fal-  
sum vt in p<sup>mo</sup> notabili deductum fuit. ¶ Ad ar-  
gumentum ante oppositum respondet. **S. Tho.**  
in hoc. 3<sup>o</sup>. distin. 3<sup>a</sup>. q. 2<sup>a</sup>. articulo primo ad. 5<sup>m</sup>.  
Et. 3<sup>a</sup>. pre. q. 32<sup>a</sup>. articulo. 4<sup>o</sup>. ad. 2<sup>m</sup>. q<sup>d</sup> poten-  
tia generatiua in femina est imperfecta respectu  
potentie generatiue que est i mare. et ideo sicut  
in artibus ars inferior disponit materiā: ars autē  
superior inducit formā vt dicit<sup>9</sup>. 2<sup>o</sup>. physicozum  
ita etiam virt<sup>9</sup> generatiua femine preparat ma-  
teriam: virtus autem actiua maris format mate-  
riam pparatam. stat autē respōnsio in hoc q<sup>d</sup> q<sup>d</sup>-  
uis in femina sit virtus generatiua actiua ad p-  
parationē materiē: non tamen virtus eius gene-  
ratiua se extendit actiue ad formationem mate-  
rie preparate et per consequens nec ad concep-  
tionem et organizationem fetus: sed ad ista se  
habet passive tantum. Et in hoc articulo termi-  
natur.

**Distinctio quinta.**



**C**irca  
 quintam distinc-  
 tionem q̄ritur  
 vtruz vnio na-  
 ture diuine ⁊ hu-  
 mane in xp̄o sit  
 maxima vnio  
 creata et argui-  
 tur q̄ nō. quia  
 per vnionez fit  
 aliquid vnum.

Sed ex vnione anime et corporis in nobis fit ali-  
 quid vnum ex persona et natura: ex vnione au-  
 tem diuine nature et humane in christo solū fit  
 aliquid vnum in persona et non in natura. ergo  
 maior est vnio anime ad corp⁹ q̄ diuine nature  
 ad humanam. ergo talis vnio nō importat ma-  
 ximam vnitatem creatam. ¶ In oppositū argui-  
 tur. quia dicit Augustinus p̄mo d̄ trinitate q̄ ho-  
 mo potius est in filio q̄ filius in patre. filius autē  
 est in patre per vnitatem essentie: homo autem  
 est in filio p vnionem incarnationis. ergo maior  
 est vnio incarnationis q̄ vnio vel vnitatis diui-  
 ne essentie que tamen est maxima vnitatum. et  
 sic per consequēs vnio incarnationis importat  
 maximam vnitatem. In hac questione erūt q̄-  
 tuor articuli vt supra.



**Quantus ad ar-**

**Q**uod  
 articulum primum sit prima con-  
 clusio q̄ vnio nature humane  
 ad suppositum diuinū in christo  
 est relatio realiter existens i hu-  
 mana natura. Hanc conclusionem tenet. S. T.  
 supra distinctione. 2<sup>a</sup>. questione. 2<sup>a</sup>. articulo. 2<sup>o</sup>.  
 sub articulo. 3<sup>o</sup>. Et in hac distinctione q̄stione p̄-  
 ma articulo p̄mo sub articulo p̄mo. Item. 3<sup>a</sup> pte  
 questione. 2<sup>a</sup>. articulis. 7<sup>o</sup>. et. 8<sup>o</sup>. ¶ Secūda cō-  
 clusio ē q̄ in assumptione humane nature xp̄o:  
 suppositū filij est termin⁹ assumptionis. Hanc cō-  
 clusionē tenet. S. Tho. in hac distinctione q̄stio-  
 ne. 2<sup>a</sup>. articulo p̄mo. Idem tenet. 3<sup>a</sup>. pte. q. 3<sup>a</sup>.  
 articulo p̄<sup>o</sup>. ¶ Tertia cōclusio ē q̄ vnio naturaz  
 in xp̄o est maxima inter vniones creatas. Hanc  
 conclusionē tenet. S. Tho. in hac distinctione. q.  
 p̄ma articulo p̄mo sub articulo. 2<sup>o</sup>. Et. 3<sup>a</sup>. parte  
 questione. 2<sup>a</sup>. articulo. 9<sup>o</sup>. ¶ Quarta cōclusio ē  
 q̄ diuina natura aut diuina p̄sona vniri non pōt  
 humanitati xp̄i neq̄ eius carnī pprie vt forme.

Hanc cōclusionē tenet. S. T. in hac disti. q. p̄ma  
 articulo. 2<sup>o</sup>. Et. 3<sup>a</sup>. pte. q. 2<sup>a</sup>. arti. p̄mo. Item con-  
 tra gē. libro. 4<sup>o</sup>. caplo. 32<sup>o</sup>. et. 33<sup>o</sup>. q̄ autē deus  
 siue deitas esse nō possit forma alicui⁹ corporis  
 gēraliter loquēdo pbat. S. T. p̄. p. q. 3<sup>a</sup>. arti.  
 8<sup>o</sup>. Et cōtra gen. libro p̄mo caplo. 28<sup>o</sup>.



**Quantus ad ar-**

**Q**uod  
 articulū secundū arguit cōtra cō-  
 clusiones. et q̄dē cōtra p̄mā ar-  
 guit Aureol⁹ p̄bando q̄ vnio  
 humane nature ad x̄bū non sit  
 relatio s̄ vera vnitatis ⁊ actualis cōtinuatio ⁊ di-  
 uisio. p̄mo nā Augustin⁹ i epistola ad volustianū  
 circa mediū dicit q̄ in illa p̄sona mixtura dei et  
 hominis cū recedit auditor a p̄suetudine corpo-  
 rum quo solēt duo liquores ita misceri vt neuter  
 seruet integritatē suā q̄q̄ et in ipsis corporibus  
 aeri lux incorporata misceat. cū enim verbū dei p-  
 mixtū est aie habet corp⁹: animā simul accipit ⁊  
 corp⁹. et subdit q̄ verbi et anime credibilior de-  
 buit esse p̄mixtio q̄ anime et corpis. quo modo  
 enī nō fateremur duo incorporea q̄ vnū corpo-  
 reū alterūq̄ incorporeū facili⁹ potuisse misceri.  
 si tamē nō indigne ad ista: mixtionis vel mixtu-  
 re nomē admittit p̄pter cōsuetudinē corpaliūz  
 rerū lōge aliter se habentū aliter q̄ notarū. hec  
 Augustinus. ex quib⁹ patet q̄ natura humana  
 vnita est verbo per quandā mixturā et p̄mixtio-  
 nem: salua tamē integritate vtriusq̄ nature que  
 nō salua ē in liquoribus et ceteris rebus corpora-  
 libus que miscentur. sed constat q̄ p̄mixtio ipoz  
 tat continuationē et indiuisiōnē eorum q̄ miscē-  
 tur vt inter illa sit vera vnitatis et nō discretorūz  
 aceru⁹. et go natura humana vnita est p̄ indisti-  
 ctionē et cōtinuatiōnē cū p̄petate verbi ipsam  
 termināte et dāte sibi subsistere s̄m tertiū modū  
 p̄ se exīdi et nō p̄ hoc q̄ x̄bū terminet relationē  
 aliquā in natura extrinsece imo magis intrinsece ip-  
 sam naturā terminat. ¶ 2<sup>o</sup>. nā in fine libri d̄ p̄se-  
 ueratiā dicit Augustin⁹ q̄ fides credit assūptio-  
 nē illā ineffabilē fecisse vni⁹ p̄sone in deo et hoīe  
 vnitatē. cōstat autē q̄ non est vera vnitatis q̄ fit p̄  
 solā terminationē cuiusdā exterioris relationis  
 alioqui vniuersū esset vere vnūz rōne ordinis et  
 deus faceret vere vnū cū vniuerso cuius termi-  
 nat relationē ⁊ ordinē p̄ modū finis. et vniuersa  
 liter ois aceru⁹ esset vere vnū cū ibi sit vnitatis re-  
 latiuā. igit et c. ¶ 3<sup>o</sup>. nā Dionisi⁹ dicit. 2<sup>o</sup> caplo  
 de di. no. q̄ cōpositio Iesu s̄m humanitatē: ineffa-  
 bilis ē oī verbo et ignota oī mēti q̄lter quidez  
 ip̄m dei verbū substātiā factū ē accepimus. per

hoc inuens q̄ ipsam verbū per huiusmodi vnio-  
nem factum est verus homo substantialiter et  
vera substantia. constat autem q̄ nulla relatio  
fundata in subiecto: dat termino q̄ ipsum vere  
et substantialiter sit substantia. relatio nāq̄ dat  
esse relatiuum: sed esse substantiam vel esse sub-  
stantialiter: nullo modo dare p̄t. imo vnio hu-  
manitatis cum verbo non est relatio in huma-  
nitate extrinsece existens sed potius eiusdē hu-  
manitatis intrinseca determinatio. ¶ 4°. nam  
Damascenus libro tertio dicit q̄ non s̄m habi-  
tudinalē vnionem ⁊ nudam inhabitationem  
vnita est caro dei verbo: sed vere ex sūma ⁊ me-  
ra existētia magis in ipso existit et hypostaticā  
ad ipsum habuit idēpitatē. hec autē tria scilicet  
q̄ caro ex sūma et mera existētia vnita est  
et q̄ caro existit in ipso et q̄ hypostaticā ad ip̄m  
habet idēpitatē: manifeste ostendunt q̄ mēs  
eius fuit hanc vnionem esse s̄m veram et indi-  
uisam existētiā et s̄m continuationem natu-  
re interminate ad proprietatem hypostaticā  
terminantem et non s̄m aliquā relationē aut  
habitudinē. ¶ 5°. nam Boetius dicit in de dua-  
bus naturis et vna persona christi q̄ dei et ho-  
minis facta est coniunctio: non ita quasi cū duo  
corpora apponuntur vel alterum ex alterius q̄-  
litate proueniat. si enim cum humanitati deitas  
coniuncta est nihil ex vtriusq̄ confectum est ac p̄  
hoc nihil est christus: nihil igitur vnum s̄m ne-  
stozius christus est ac per hoc omnino nihil. q̄d  
enim non est vnus: nihil omnino esse potest. ens  
enim atq̄ vnum cōuertuntur. et quodcūq̄ est:  
vnus est. hec Boetius. vnde si notetur q̄ ait hu-  
manitatem vniri verbo non sicut cum duo cor-  
pora sibi alteri⁹ qualitate proueniat: manifeste  
apparet q̄ illa vnio non ē per relationem sed po-  
tius per intimā coniunctionem et realem conti-  
nuationem et indiuisiōnem nature humane cum  
verbo. nam relatiua vnio est inter corpora. q̄d  
vero subditur s̄m nestozium nihil vnum confe-  
ctum est ex diuinitate et humanitate: et illud re-  
probatur tanq̄ erroneum. quia si hic christ⁹ non  
esset aliquid vnum: euidenter ostendit q̄ huma-  
nitas et verbum habent intimā vnitatem ac p̄  
hoc indiuisiōnem et continuationē relatiuā  
alias non esset vnus nisi per modū acerui. ¶ 6°  
dicit idem patere ex illis que fide tenemus. cō-  
stat inquit q̄ per istam vnionem persona verbi  
facta est aliquid quod ante nō erat: quia homo  
et non aliter se habens solum sed vere aliquid.  
imo diffinit ecclesia reprobando illam tertiam  
opinionez que recitatur. 6°. distinctione. 3. sen-

tentiarum que ponebat personam verbi nō fuisse  
se vere factam aliquid sed aliquāliter se habēs.  
contra hoc diffinit ecclesia extra de hereticis cū  
christus. vbi dicit mandamus quaten⁹ sub ana-  
themate interdicas q̄ ne q̄s audeat dicere chri-  
stum nō esse aliquid s̄z q̄ homo. quia sicut chri-  
stus est verus deus: ita est ver⁹ homo ex huma-  
na carne subsistens. sed constat q̄ si proprietās  
verbi non aliter se habet ad humanitatem nisi  
quia terminat relationem humanitatis ad ip̄m  
verbum: per istam vnionē magis dicitur ad ali-  
quid q̄ aliquid: et erit homo relatiue non autē  
sicut est deus. in nullo enim genere relatiuoz:  
terminus vnus dicitur alter sed potius ad alte-  
rum relatiuum. vnde verbum erit relatiuū s̄m  
dici et appellatur relatiue et non vere et substan-  
tialiter. ergo vnio q̄d dicitur nature humane  
ad verbum: aliud importat q̄ relationem ad ip-  
sum verbum. et verbum supponere naturā aliud  
importat q̄ relationem terminare. ¶ 7°. qz s̄m  
magistrum sententiarum libro primo distinc-  
tione. 22°. deus dicitur incarnatus et humanatus  
ex tempore. nec omnia ista dicuntur relatiue de  
deo. quod verum non esset si incarnari esset ter-  
minare relationem existentem in natura huma-  
na. imo diceretur relatiue incarnatus sicut crea-  
tor. ¶ 8°. quia natura humana sicut tenet fides  
est vnita substantialiter et non accidentaliter ⁊  
sicut quidditas supposito dans sibi esse quid. sic  
ad interrogationem factam per quid: responde-  
tur q̄ persona verbi est homo. vnitas autē q̄d-  
dicitur non est per accidens medium: cuiusmo-  
di esset talis relatio extrinsecus adueniēs si po-  
neretur. ¶ 9° probat in speciali q̄ dicta vnio nō  
est relatio consequens coniunctionē nature hu-  
mane ad verbum sicut dicit p̄batio cōclusionis.  
quia idem non sequitur seipsum. sed vnio q̄d dicitur  
ad verbum est ipsamet cōiunctio ⁊ vniri est  
coniūgi. nō igit p̄t esse coniunctionē consequēs.  
Et iterū non ē verus q̄ materiam eē sub forma:  
sit relatio mediā. alioquin cū materia sit sub ista  
relatione: sequitur q̄ esset alia relatio ⁊ proce-  
ditur in infinitum. sed sicut vnā partem con-  
tinui esse cum alia non est relatio alioquin sicut  
partes sunt infinite in potentia essent infinite re-  
lationes sed vnā partem esse cum alia est ip-  
sas esse mutuo continuatas et vnitas et indiui-  
sas: sic materiam esse sub forma vel formam in  
materia: non est esse aliquā relationem medi-  
am sed ipsas esse vnum p̄ veram indiuisiōnem  
et continuationem entitatiuā. et ideo illa ter-  
tia entitas continua est realitas distincta. hec Au-

reolus in forma. **C**ontra secundam conclusio-  
nem arguit Durandus probando q̄ persona nō  
sit terminus assumptionis sed potius respectus  
vniōis cuius oppositum dicit probatio conclu-  
sionis et arguit sic. terminus non precedit actio-  
nem quam terminat alioquin frustra esset actio  
cum terminetur ad acquisitionem termini si ter-  
minus sine actione haberetur. et hoc expressit  
Aristoteles primo d̄ generatione vbi dicit q̄ ha-  
bitib⁹ presentibus in materia cessat motus. ex q̄  
patet q̄ omnis actio et motus est quid premium  
habituū. sed tam natura diuina q̄ persona pre-  
exiterunt assumptioni. ergo non sunt termini  
assumptionis. Et si dicatur q̄ locus est termin⁹  
motus localis et tamen preexistit motui: dicen-  
dum est q̄ locus non est terminus motus loca-  
lis sed esse mobilis in loco ad quez mouetur seu  
vbi. et istud eē non p̄cedit motuz sed acquiritur  
per ipsum. Et ex eadem radice patet q̄ vniō na-  
ture assumpte cum natura assumente vel perso-  
na assumente est pprie terminus assumptōis.  
quia illud solum est pprie terminus assumptōis.  
sed per actionez assumptionis quantū est de na-  
tura talis actionis: nihil acquiritur nisi vniō na-  
ture assumpte cum natura et persona assumen-  
te vt iam natura humana in se non subsistat sed  
existat in persona assumente. quare zc. **C**2° ar-  
guit. quia cum dicitur q̄ ad relationem non est  
actio vel motus vt dicit. 5° phisicorum. talis au-  
tem vniō non est nisi quedam relatio: hoc non  
valet quia duplex est respectus. vnus qui est so-  
la denominatio sumpta a pluribus et hoc suffi-  
cit ad predicamentum relationis vt similitudo  
equalitas et huiusmodi. et talis respectus nō est  
aliqua res preter suum fundamentuz nec ad ip-  
sum potest esse motus vel actio. et de tali respec-  
tu vel relatiōe loquitur Aristoteles. 5° phisico-  
rum. alius autem respectus est qui non est sola d̄  
nominatio sumpta ex pluribus sed est realis mo-  
dus essendi vel per se consequens ad fundamē-  
tum vt in hoc res sequatur ad naturam accidē-  
tis vel per accidens et extrinsecum adueniēs si-  
cut vbi vel esse in tali loco et tangere et tangi. et  
tales respectus non semper sunt de genere rela-  
tionis et ad eos potest esse et est verus motus.  
sicut motus localis est ad vbi tanq̄ ad terminū  
intrinsicuz qui locato acquiritur et est in eo. est  
enim circūscriptio corporis a loco. locus autem  
nō est per se terminus motus localis nisi extrin-  
secus. similiter corpora magis distantia per mo-  
tum localem alterius vel ambozum fiunt ppin

qua et se tangentia et ad hoc terminatur mot⁹  
quāuis tangere et tangi non sint nisi reales mo-  
di essendi et quidam respectus extrinsecus adue-  
nientes nec pertinent ad predicamentum rela-  
tionis. eodem modo cum esse vnitum sit quidā  
modus realis essendi: ad ipsum potest termina-  
ri actio vel motus. sed ad vniōem de qua nunc  
loquimur que est nature assumpte cum natura  
et persona diuina: nō potest terminari actio na-  
turalis sed solū diuina que potest nature huma-  
ne dare nouū modum essendi sicut dat acciden-  
ti in sacramēto altaris. sic igitur natura assump-  
ta et natura et psona assumens sunt quedaz ex-  
trema vniōis sed non sunt pprie assumptōis  
terminus sed solum ipsa vniō. hec Durandus.  
**C**ontra tertiā conclusionem arguit idem Au-  
reolus dicens q̄ via nostra nō potest saluare q̄  
illa vniō sit maxima inter vniōes post illā qua  
tres persone in vna essentia vniuntur quod ta-  
men Bernardus ad Eugenius asserit. null⁹ enī  
dicere potest quin vnita p̄ indiuisiōem et cōti-  
nuationem maiori vnitae iungantur q̄ que co-  
pulantur per relationem vbi nō est aliud copu-  
lare ex parte vnus extremi nisi relationē termi-  
nare. sed qui ponit q̄ illa vniō est per indiuisiō-  
nem humanitatis cum pprietate verbi quasi cu-  
iusdam terminabilis cum suo termino intrinse-  
co: consequenter potest ponere istam vniōem  
esse maiorem. **C**2° arguit Durandus q̄ ista v-  
niō non debeat dici simpliciter maxima inter v-  
niōes creatas quod probat sic. per vniōez ali-  
qua dicuntur vnum. ratio autem vnus est ratio  
indiuisi. igitur illa vniō est maxima cuius extre-  
ma magis et intimius faciunt vnum. sed extre-  
ma multarum altarum vniōum puta materie  
et forme magis et intimius efficiunt vnū q̄ ex-  
trema incarnationis. constituunt enim vnuz p̄  
essentiam. vnum etiam non potest separari ab  
alio saltem materia a forma salua consistētia na-  
ture sue quod est signū magne intimitatis. inter  
extrema autem incarnationis non est talis vni-  
tas nec talis intimitas quia nec constituūt vnā  
naturam nec vnū est inseparabile ab altero. er-  
go vniō forme cū materia ē maior q̄ ad ratio-  
nē vniōis. hec ille. **C**ontra quartaz cōclusio-  
nem arguitur. nam Joānes de ripa in suis d̄ter-  
minationibus z in suis scriptis nititur pbare q̄  
diuina essentia potest eē realiter forma creatu-  
re intrinseca cuius oppositum dicit cōclusio. 11<sup>o</sup>  
mo igitur arguitur sic. quicquid p̄fectionis est in  
creatura et entitati p̄fectionali correspondet:  
attribuendus est deo simpliciter licet sub modo



perfecto et non limitato, sed in qualibz forma crea-  
ta est pfectionis influere influxu intrinseco. hoc  
eni puenit ex communicatione sue entitatis, ergo  
hoc pot attribui diuine essentie sub modo sim-  
pliciter pfecto et illimitato. Confirmat. nam vbi  
iste modus arguedi deficeret: excluderet omnis  
modus pbandi quacuqz causalitate in deo. om-  
nis eni modus causalitatis in creaturis: e quoda  
modo impfecto eo q limitat et anexus depende-  
tie et cuida deficietie a pfecta et totali causalitate  
excluderet etia omnis modus pbandi de deo ali-  
qua pfectionez simpliciter. nam in creaturis qli-  
bet denominatio pfectionis simpliciter e poten-  
tialis et limitata. diceret ergo q quauis hmoi p-  
fectiones in creaturis sint meli ipm qz non ipm:  
qz tamē necessario sunt modis impfectionis ad-  
mixte: non possunt attribui enti vli pfecto. Dicit  
forte q maior est vera de omni eo quod non het  
necessario impfectionē anexam. dare aut ee ali-  
cui p informationē: necessario ponit limitationē  
et compositionē. sed ista responsio non valet. tū qz  
non pcepit vum argumēti. argumētū eni non p-  
bat nisi q deus potest ee forma intrinseca creature.  
vtrū autē informatiue vel subsistenter et termi-  
natiue: argumētū non limitat. sufficit eni argumē-  
to q diuina essentia sit comunicabilis realiter et  
p consequēs intrinsece. sic eni voco comunicatio-  
nem intrinsecā put distinguē a communicatione q e  
p participationē que e per ee creatū comunica-  
tum creature. imo poti⁹ argumentuz iplicite p-  
bat et pcludit comunicatiōē diuine essentie per  
modum forme subsistentis q est modus pfectio-  
nis: qz p modū forme informatis. tū quia ponit  
forme informatiue necessario annecti cōpositū.  
quod falsum ē de omni forma accidētali licet ve-  
rum sit de omni forma cōstitutiuā. ¶ 2.º. princi-  
paliter arguit sic. p mū efficiēs agit ad extra tam  
pfecte simpliciter sicut agit ad intra. agit eniz ad  
extra fm vltimū sui posse. ergo possibile ē ad ex-  
tra correspondere sibi aliquid adequate in esse  
potētie qd non ē possibile nisi p actualitatez for-  
malē diuinitatis et comunicatiōē sui. ppriū imē-  
si gradus essendi. p fia declaratur quoniam vir-  
tus cuiuslibet potētie actiue vel pfectio non con-  
cludit solum p suum agere sed etia p terminum  
actionis qui ceteris paribus reddit actionem p-  
fectiozem. cōfirmatur sic ratio. deus ad extra est  
imensē potens tam intensiue qz extēsiue. ergo  
deus ad extra potest habere terminum adequa-  
tum. vel ergo ad extra potest pducere aliquid  
simpliciter imensum et hoc est impossibile: vel  
potest per suum agere comunicare aliquid sim-

placiter imensum puta diuinū esse et habet in-  
tentum. q autem deus sit imense potēs ad ex-  
tra tam intensiue qz extēsiue probatur. nam posse  
actiuum ē pfectio simpliciter. in deo ergo ē for-  
maliter imensuz. vel ergo ad intra vel ad extra.  
si secundū habetur ppositū. si primuz contra. nā  
si aliquod tale sit: sit ergo posse generare filium.  
sed contra nā tale non ē imensum ex hoc quod  
est posse notionale sed quia posse essentiale. er-  
go generare sibi correspondens: est pducere es-  
sentiale et non notionale. ergo cum ad intra cō-  
municetur esse essentiale: sequitur q sicut pater  
cōmunicat filio plenitudinem essentie et poten-  
tie: ita cōmunicat sibi posse generare. et eodem  
modo cōmunicat sibi actum generandi quod ē  
hereticum. Secūdo quia si posse ad extra non sit  
formaliter imensum sed solum posse agere ad in-  
tra: sequitur q spiritus sanctus non habet posse  
formaliter imensum. Confirmatur secundo qz  
si filius in diuinis haberet precise esse quo distin-  
guitur a patre p originem et non esse diuinitatis:  
sequitur q filius non esset formaliter imensum.  
alias in diuinis essent tria formaliter imensa. er-  
go nec tunc producere terminatū ad filium esset  
formaliter imensum. ergo nec posse pductiuuz  
cui tale pducere esset adequatū esset formaliter  
imensum. ergo si tale posse ē formaliter imen-  
sum: hoc ē vel quia p tale posse pducitur ee for-  
maliter imensum puta esse diuinitatis et hoc est  
hereticum: vel quia tale ee comunicatur et tunc  
qro vltra aut tale esse comunicatum filio cor-  
respondet filio p productionē patris vel non. si sic  
ergo filium ee deum est a patre pductiue vel vt  
pductio est. consequēs est falsum. nam cum diui-  
nitas sit idē realiter filio: nec diuinitas posset ee  
terminus pductionis p se nec filius i ee diuinita-  
tis sed solum in ee quo distinguitur realiter a pa-  
tre. si non ergo tale esse non arguit pducere in-  
tensius vel minus intēsum. ergo nec formaliter  
imensum. et in hoc apparet distinctio comunica-  
tionis ad intra et ad extra. nam creatura non po-  
test habere eam ad extra nisi per agere puium et  
ideo dependenter et potentialiter ad intra aut non  
per aliquod producere sed per primū comunica-  
re prout contra omne agere distinguitur. ex quo  
apparet q quantūcūqz filio correspondeat ee im-  
mensum formaliter: non tamē per posse produ-  
ctiuum vt sic sed solum p viam comunicatiuam.  
et sequitur q respectu nullius ad intra: est posse  
actiuum diuinum essentiale. et ideo omne pos-  
se diuinum actiuum est ad extra. ex quo habetur  
ppositum q deus potest agere ad extra fm to-

tale posse ac vltimū sui posse. nam vel de<sup>o</sup> non haberet formaliter vltimū sui posse: et sic sequit̄ q̄ non est infinite potētē intrinsece. vel habet: ergo fm̄ illud potest agere. illud enim ē possibile quo posito nullum sequitur incōueniēs. igitur si agit ad extra fm̄ vltimū sui posse: nullum sequitur impossibile. ergo fm̄ eum potest habere terminum adequatū sui agere ad extra et habetur ppositum. ¶ 3<sup>o</sup>. arguitur sic principaliter de facto. diuina essentia est vnita fm̄ totam latitudinem diuinitatis anime christi z corpori vtriq̄ parti et toti cōmunicans esse vt forma intrinseca. igitur. assumptum p̄batur auctoritate apostoli ad Col. 2<sup>o</sup>. in christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. hoc nō potest intelligi p̄ solam vnionē ad hypostasim vt distinguitur cōtra essentiam: cū hypostasis vt sic non sit formaliter infinita vt per hoc quod vnitur hypostasi verbi: vniret̄ diuinitati cum secunda vnio sit incomparabiliter perfectior. et per consequēs si cōmunicatur sibi per vnionem plenitudo diuinitatis: cōmunicatur sibi diuina essentia fm̄ omnem perfectionem essentialē. Confirmat̄ sic. si in christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter et non nisi per vnionem quātū ad ppositum p̄inet z eadem est vnio diuinitatis taz corporis q̄ anime sicut toti composito. igitur carni xpi per vnionem cōmunicata est plenitudo diuinitatis. sed p̄ plenitudinem diuinitatis non potest intelligi nisi esse essentialē diuinum sicut patet per magistrum. 3<sup>o</sup>. sententiarū dist. 5<sup>a</sup>. vbi dicit q̄ plenitudo diuinitatis est diuinitas que ē ipsa natura. put̄ distinguitur contra psonā. tale autē esse nature: est vt sic esse formale. ergo diuina natura in esse nature z forme cōmunicata est carni xpi z habetur intentū. Itē si caro xpi ē vnita diuinitati: vel ergo diuinitati in esse diuinitatis vel solum in esse p̄sone. si p̄mū: ergo in eē forme. si secūdum ergo ex tali vnione nō redditur homo de<sup>o</sup>. nam verbū non est deus p̄ rationem personalem sed p̄ rationē essentialē. ergo nec vnio ad diuinitatē in esse p̄sonali p̄cise: denominabit aliquid esse diuinū. si enim vnitas realis p̄sonalitatē cum diuinitate nō sufficit ad hoc q̄ verbum p̄ personalitatem dicat̄ deus: quāto magis vnio quecūq̄ realiter distinctorum. et ideo nihil potest denominari deus ex vnione ad diuinitatem p̄cise in esse subsistentie nisi sit in esse essentiali. Itē hugo in libello de sapientia anime christi dicit. anima christi habet omnia per gratiam que in deo sunt per naturam. accepit enim anima xpi plenitudinē diuinitatis plenitudinē

sapientie plenitudinē vnitatis. totum quod de<sup>o</sup> est accepit. non quia in illud essentialiter mutata: sed quia ineffabiliter vnita. accepit non vt illud essentialiter fieret: sed vt in illo personaliter vnum esset. hec hugo. ¶ 4<sup>o</sup>. p̄cipaliter arguitur sic. esse personale diuinū est realiter vnibile z cōmunicabile creature. ergo z esse essentialē. antecedens p̄bat̄. nam p̄sonalis subsistentia nature increate potest eē p̄ vnionem personalem subsistentia nature create. p̄na p̄batur. nam minus videt̄ repugnantē se h̄re ad cōmunicabilitatē eē essentialē quod ē esse quidditatis ex sui natura cōmunicabilis: q̄ esse p̄sonale etiā fm̄ omnes philosophos. sed non repugnat eē personale increaturū vniri realiter creature sic. s. q̄ essentia diuina et creatura cōmunicent realiter in eē personali. ergo nulla repugnantia est vt quodcūq̄ eē essentialē diuinum sit illo modo cōmunicabile creature. Confirmatur. nā eē essentialē diuinū est realiter cōmunicabile ad intra non autē esse p̄sonale. ergo si esse p̄sonale non repugnat cōmunicari ad extra: multo minus eē essentialē. ¶ 5<sup>o</sup>. p̄cipaliter arguit̄ sic. quodcūq̄ esse diuinū essentialē ē ex se cōmunicabile nam de facto cōmunicat̄ ad intra. ergo si non ē cōmunicabile creature: hoc ē quia creatura non habet potentialitatē ad tale esse. sed cōtra. nam potētialitas creature ad esse p̄sonalitatē increate non ē potentialitas creature intrinseca sed sola potentialitas nō repugnātie que nō est aliud q̄ potētia agētis diuina z obedientis in creatura. ergo nō plus creatura habet ex se potētialitatē z aptitudinem ad esse p̄sonale increaturū q̄ ad eē essentialē. ergo ad vtrūq̄ vel ad neutrū. secūdū non ē dicendum. si detur p̄mū habet̄ ppositum. confirmatur. nāz non minus ē sup̄naturale creature eē personale increaturū q̄ eē essentialē. ergo tota potētialitas creature ad vtrūq̄ ē potētia agētis. et p̄ consequens qua ratione vnum est possibile p̄ p̄mū agēs: eadem ratione z reliquū. ¶ 6<sup>o</sup>. arguit̄ sic. si in creatura ē repugnantia z impossibilitas ad eē essentialē increaturū: vel talis puenit ex imperfectione creature puta quia non est eleuabilis ad tam perfectum esse: vel ex parte diuine essentie. non p̄mū nam z si per impossibile diuinum esse personale esset tam formaliter immēsuz sicut eē essentialē: non minus creatura esset assūptibilis ad tale esse immo magis vt videtur. nam tūc esset intensius esse subsistentie q̄ nunc est: z perfectius posset esse tam nature p̄prie q̄ aliene subsistentia. tum etiāz quia secūdū nōnullos theologos esse diuine subsistentie z p̄sone est formalit̄

imensum, si detur secundum: contra nam omnis quidditas et forma ex natura sua est comunicabilis. ergo quicquid est perfectius formaliter est quidditatis et forme: est ex se magis comunicabile. ergo sicut quodcumque est essentialiter in creatum est imensum est quod dicitur formale: ita imense ex natura sua est comunicabile. Confirmatur nam est essentialiter non est comunicabile ad intra nisi quia est esse quidditatis et forme cui non repugnat comunicabilitas. igitur cum in comunicazione ad extra natura divina habeat esse quidditatis et forme: sequitur quod ad extra non sibi comunicabilitas repugnat sed quod est quidditas et forma sicut nec ad intra. ¶ 7<sup>o</sup> principaliter arguitur sic. si est essentialiter divinum esset ad extra comunicabile realiter: maior perfectio appareret in deo quam si solus ponatur esse comunicabile participative. sed generaliter deo est attribuendum quicquid plus manifestat divinam perfectionem. igitur etc. maior patet. nam maior comunicabilitas divina per participationem ad extra: maiorem concludit in deo perfectionem saltem extensivam. nam communiter ponitur a theologis quod nullus est maximus gradus participationis divini esse finitus possibilis. ergo cum omnis ratio comunicabilis divini esse sit maior et perfectior quam quicumque comunicatio per participationem et imitationem talis: sequitur quod talis comunicatio realis maiorem arguit in deo perfectionem quam quicumque per participationem. ergo si secunda ponitur in deo ratione sue bonitatis comunicabilis tanquam modus perfectionis simpliciter: multo magis alia est ponenda tanquam possibilis. igitur etc. ¶ 8<sup>o</sup> arguitur sic. ceteris paribus perfectior est activitas per quam perfectior gradus comunicatur productio termino actionis. sed activitas divina est summe perfecta intantum quod contradictionem includit intelligi vel cogitari maiorem activitatem. ergo non solum essentia divina est comunicabilis participative immo realiter et in se: et sic habetur intentum. Confirmatur primo. nam deus est proportionally activior quacumque creatura sicut est perfectior. ergo per agere divinum eque proportionally intensius esse est comunicabile creature: quam per agere creature in qua proportionally deus excedit creaturam. sed hoc non est possibile nisi per divinum agere sit comunicabile imensum esse. et tale esse non potest esse nisi esse divinum essentialiter quod solum formaliter est imensum. ergo et cetera. Confirmatur secundo. nam maior activitas non solum concluditur ex actione immo ex termino actionis. unde si deus per impossibile esset productivus solus universi quod nunc est

et eque intense ut nunc: activitas sua licet esset eque perfecta intensivam ut nunc est: non tamen extensivam. non enim tot perfectiones creaturarum virtualiter contineret ut nunc. nec finem tot perfectiones essentialiter esset comunicabilis participative ad extra ut nunc. unde sic arguitur. si deus esset comunicabilis participative ad extra finem omnem perfectionem essentialiter puta esse vite sapientie et huiusmodi: perfectius esset activus ad extra quam si precise in esse simpliciter vel in esse vite. ergo comunicatio divini esse finem maiorem vel minorem participationem: arguit in deo maiorem vel minorem activitatem saltem extensivam. ergo cum realis comunicatio divini esse ad extra sit maior quam quicumque talis: sequitur quod maior esset divina activitas intensivam et extensivam si concedatur eum ad extra esse comunicabilem realiter quam si solus participative. ¶ 9<sup>o</sup> principaliter arguitur sic. si divina essentia non esset comunicabilis realiter ad extra tanquam forma intrinseca: hoc videretur propter hoc quod tunc sequeretur ipsam esse componibilem et potentialem. sed hoc non debet movere ut probabitur. ergo etc. minor ostenditur. nam sola forma constitutiva habet istas condiciones annexas scilicet esse partem esse potentialem esse componibilem. sed non est de ratione forme actuantis quod sit constitutiva alicuius tertie entitatis. igitur etc. Adhuc philosophi ostenditur per duodecim media. primo sic. quilibet forma constitutiva ordinatur ad ipsum constitutum velut ad finem et subsistentiam talis forme. sed nulla forma de genere accidentis ordinatur ad aliquod genus entis velut ad finem et subsistentiam ultimam nisi ad genus substantie. ergo sola substantia potest esse finis et ultima subsistentia cuiuscumque forme de genere accidentis. sed quodlibet constitutum forma informativa est subsistentia talis forme et finis illius. ergo nullum ens quod non est substantia potest esse constitutum ex informatione forme accidentis. igitur vel ex informatione talis forme actualis non est possibile aliquid constitui et habetur intentum: vel forma accidentalis est constitutiva substantie quod claudit contradictionem. Secundo sic. quilibet forma de genere accidentis est actus alicuius substantie ut proprie substantie. ergo si ultra hoc forma concurrat ad constitutionem tertij simul cum subiecto: sequitur quod tale tertium est subsistentia utriusque partis. partes enim sunt in potentia in toto et quodammodo participant esse totius. et ex hoc sequuntur ultra duo inconveniencia. primum est quod talis forma accidentalis substantia non est ultima substi-

stentia sed talis tertia entitas constituta q̄ non est de genere substantie. non enim est entitas per se vna. et ita sequitur q̄ substantia non ē vltim⁹ finis accidentis cuius opposituz ponit philosoph⁹ 7°. et. 8°. methaphisice. sequitur secundo q̄ aliq̄ entitas non ē de genere substantie et tamen ē si nis ipsius substantie et ppria subsistentia. consequentia patet. nam totū est subsistentia suarū partium essentialium. partes enim sunt in ipso toto et participant quodāmodo esse toti⁹. ergo si forma accidentalis est constitutiva: sequit̄ q̄ substantia quam informat concurret vt potentia ad talem constitutionē et fit partialis entitas constituti. igitur subsistit subsistentia constituti q̄ erat pbandum. Tertio sic. talis tertia entitas si sit aliquid nouiter pductum ex informatione forme accidentalis: igitur sicut est aliquid distinctum in se tam a forma q̄ a substantia. ergo habet ppriam quidditatē et per consequens talis forma non dat formaliter esse quale sed eē quid. falsitas consequentis nota ē. Cōfirmatur. nam si per talem formā producit̄ aliquid: igitur talis forma nō constituit quale esse sed quid eē. quoniam non quale sed quid: ē per se terminus talis mutationis. sed hoc est contra naturam forme accidentalis. albedo enim dat esse albu. esse vero albu non est aliquid eē sed esse aliquale esse. et p consequens tale quod tu pponis constitutum ex albedine et subiecto: non est aliquid nec quid sed potius quale. ergo ex tali informatione nūq̄ resultat ista tertia entitas. Quarto sic. si ex informatione accidentis aliqua talis entitas constituitur: igitur tale est vnum per se vel vnum per accidens. si primū: vel substantia vel accidēs. nō primū nam cum talis forma vltima constitutiva sit accidēs: sequitur q̄ substantia cōstituat formaliter in esse p essentiam accidentis q̄ manifesta claudit cōtradictionem vt patet. si secundum: igitur accidēs est subsistentia talis forme accidentalis. seq̄tur etiā q̄ substantia est pars essentialis essentie accidentis. imo sequitur vltra q̄ substantia per modum potētie est pars et forma accidentalis per modum actus ad aliquam per se entitatē concurrens. et sequitur vltra cū pars potentialis ordinetur ad compositum per se vt ad entitatem essentialiter perfectiorem: q̄ aliq̄ entitas de genere accidentis est perfectior quacūq̄ substantia siue vitali siue non vitali. fiat enī argumentum de esse resultante ex augmento et aliquo accidente ipsum informante. si vero def secundum q̄ sit ens per accidens: contra. nam si est aliquid in se distinctum et tam a ppria mate

ria q̄ a ppria forma distinctum: ergo est prope et per se vnum et nō vnum per accidens. igitur. Cōfirmatur nam si tale constitutum est aliquid in reruz natura: ergo habet vere eē essentie q̄ ē sibi essentialis per pprium gradum essendi. igit̄ est per se vnu. Item quare dicitur vnum per accidens: vel quia illud a quo habet formaliter entitatem et vnitatem est entitas de genere accidentis: vel quia potest esse in re et non habere talem vnitatem. non primum. quelibet enim forma simplex est entitas per se vna sicut albedo et huiusmodi: et tamen habet vnitatem formalem exponendo esse de genere accidentis. Cōfirmatur. nam fm multos quelibet talis forma habet aliquid essentialiter loco materie et aliquid loco forme saltem fm veritatē in qualibet tali forma sunt rationes positive distincte quaruz vna est potentia reliqua actus. quelibet etiam talis forma continet formaliter latitudinem intensiuam graduz remissorum. ergo fm istam potentiam: nulla talis forma est entitas per se vna cū aliquod esse de genere accidentis partialiter ad suum esse concurrat. si vero detur secundum: cōtra. nam si ex albedine et subiecto constituit̄ aliquid tertium: necessario tale tertium corrumpitur ad corruptionem vel separationem albedinis ita q̄ albedo exigitur per se vt eius partialis entitas ad conseruationem totius sicut anima ad esse hominis. et ideo mirum est quomodo tale dicatur ens per accidēs cum tamē ita partes eius constitutivae per se requirantur ad esse eius et integrent eius entitates et ad illorum separationem vel coniunctionem corrumpatur vel pducatur h̄moi entitas sicut in constituto per se. Quinto. si entitati de genere accidentis non repugnet esse actum constitutum: igitur sicut infra genus substantie est aliquid per se potentia aliud vero per se actus et aliquid constitutum: ita erit in genere accidentis et p consequens ex duobus accidentibus potest constitui aliquid per se vnum. sed cōsequēs est impossibile. Sexto. si sit danda tertia entitas et c.: sequitur q̄ talis est per se terminus alterationis vel actionis alteratiue et per consequens alteratio est per se pductio cuius oppositum patet ex vi terminorum. quicquid enim alteratur necessario de non aliquali-ter esse ad taliter esse mutatur: et non de non eē ad esse. alteratio enim est accidentalis mutatio et non productio per se. Septimo. nullum constitutum ex aliqua forma est maius perfectuz in tensiue q̄ talis forma. patet nam quelibet forma informatiua cōmunicatur subiecto fm totaz

latitudinem esse essentialis. ergo non sub remissioni gradu constituit tertiam entitatem quae sit suus gradus essendi. ergo aliquid per accidens unum: est tam perfectum essentialiter in sua propria entitate sicut ens per se unum in latitudine entium. sed hoc est falsum si imaginemur talia existentia per accidens. Octavo. quilibet forma substantialis prius est actus materiae quam compositi. ergo stat sine contradictione quamlibet tales formae esse actum materiae et nullum exinde compositum resultare. antecedens probatur. nam per hoc compositum constituitur: quod materia et forma ununtur ex qua unione resultat compositus. ergo prius est materia et formam uniri formaliter. ac per hoc prius est formam esse actum materiae: quam compositum resultare. Confirmatur ratio. nam si aliqua forma est actus duorum in quodam ordine: nulla est repugnantia ipsam communicari priori siue posteriori. sed materia et compositus sunt distincta et materia est prius naturaliter quam compositum. ergo nulla repugnantia est in re quaecumque formam substantialem communicari materiae absque hoc quod communicetur composito. sed non stat compositum esse et ipsam non communicari composito: cum sit forma essentialis compositi. Nono. alia est communicatio formae respectu materiae et alia respectu compositi. secunda enim est constitutiva et non prima. ergo alia est actio ad primam communicationem et alia ad secundam. ergo stat sine contradictione primam actionem esse sine secunda. Decimo. si oppositum est verum: ergo cum communicatio formae respectu materiae sit prior: sequitur quod communicatio formae respectu compositi est sequella primae communicationis. ergo prima communicatio est per se et secunda per accidens. consequentia probatur. nam sicut si. a. prius producit quod. b. et necessario ad productionem. a. sequitur productio. b. a. producit per se et. b. tanquam sequella et per accidens. sic enim ponitur a primo quod forma producit per accidens. et ideo a multis theologis dicitur quod relatio fit tanquam sequella necessario consurgens ex fundamento et termino. ita in proposito. Undecimo. quia mutatio materiae per activationem formae: est alia a mutatione compositi. secunda enim est productio et non prima. et mutatio materiae est prior. ergo est absolute possibilis sine secunda. Duodecimo. nam forma per se producit ab agente naturali et est prius naturaliter quam compositum. igitur prius actuatur materiam quam compositus. Consequenter patet et antecedens probatur. tum quia agens primum prius producit formam quam compositum.

utrumque enim per se producit et primum est pars secundae. igitur prius est primum quam secundum. agens etiam naturale concurrat cum agente primo tamen ad formam quam ad compositum. et re vera uterque determinatur per agens primum. igitur prius influit ad illud ad quod sic influit primum. tum quia forma est causa compositi. igitur prior est naturaliter in re extra. ergo prius naturaliter capit esse per agens primum et secundum et per consequens prius educitur de potentia materiae quam compositum. sic ergo per illo priore stat ipsam esse actum materiae ante esse compositi. sed ipsa ex se determinatur ad communicationem sui respectu materiae compositi. ergo per illo priori est actus materiae et non compositi et habetur intentum. sic ergo duodecimo modo probatum est assumptum in nono argumento principali. Cetero. principaliter arguitur sic. si negaretur possibilitas praedictae communicationis divinae essentiae ad extra: hoc videretur pro tanto quia oportet ret eam esse informativam creature. hoc autem videtur divinae essentiae repugnare. sed istud motuum non valet. quia absolute possibile est formam creatam actuare sine informatione. ergo non sequitur si divina essentia actuatur creaturam quod informat eam. Assumptum probatur quintupliciter. primo. quia alia est communicatio formae respectu compositi et alia respectu materiae et aliud agere cor respondens sibi. igitur circumscribitur communicatione formae respectu materiae: potest adhuc forma communicari composito et per consequens forma potest constituitur compositum sine informatione materiae vel subiecti. Secundo. quia ad compositum sufficit ut cause intrinsece materia et forma: una ut potentia reliqua ut actus. sed forma circumscribitur communicatione respectu materiae: adhuc ultra communicatur composito. ergo deducta causalitate formali quae habet respectu materiae: habet aliam respectu compositi immediate. ergo tali composito correspondet causalitas materialis. ergo deducta causalitate partium inter se: ponitur sufficienter causalitas tam formalis quam materialis secundum quam causatur compositum. Tertio. quia forma non ex hoc quod est actus formalis materiae est causa formalis compositi stat enim primum sine secundo: sed ex hoc quod communicatur composito. materia enim non ex hoc quod materia: est in potentia ad esse formae sed ad esse compositi. ergo per solam communicationem in composito deducta unione componentium inter se: compositum sufficienter capit esse. Quarto. quia forma per se quodcumque esse essentialis quod communicatur materiae: communicatur etiam composito et distincta communicatione. aliter enim prima non esset possibilis sine secunda. Quinto. forma

absolute considerata et nō vt cōmunicata mate-  
rie ē causa formalis cōpositi. ergo ipsam cōmuni-  
cari materie: impinēter se habz vt causet ad eē  
cōpositi. cōsequētia patet sed antecedēs pbat.  
nam aliter nō esset verū q̄ forma ē causa forma-  
lis cōpositi sed formā informare quod est falsū.  
sicut enim agēs est imediata causa actionis siue  
rei acte et nō agēs agere: ita in pposito. sic ergo  
dicēdū est q̄ nō solum est absolute possibile for-  
mā substātia esse formā cōpositi absq; prima  
informacione materie sed talis p̄ma informacio  
materie nō est causa constitutionis cōpositi. iste  
sunt rationes Joānis de ripa quibus generalit̄  
pbat diuinā essentia posse vniri creature tanq̄  
formā intrinsece actuante licet non concedat  
eam posse cōmunicari vt formā constitutiua cō-  
positi vel informatiuam subiecti.



**Quantuz ad ar-**

ticulū tertium primo notandū  
est p̄ declaratione p̄me conclu-  
sionis q̄ vnio fm̄ p̄p̄ia signifi-  
cationē est relatio ex cōiunctio-  
ne aliquoz cōsecuta. et ideo s̄z diuersos modos  
cōiunctionis vel adunationis aliquoz: diuersifi-  
catur modi vnionis ipsoz. vnde fm̄ triplex ge-  
nus cōiunctionis aliquoz: tripliciter repitur ip-  
soz. put. S. Tho. notat supra dis. p̄. q.  
p̄. ar. p̄. in cor. Quedā enī vniant̄ p̄ cōiunctio-  
nez eoꝝ adinuić et in aliquo vno quod ex eoꝝ  
cōiunctioe cōstituit̄: et h̄mōi vnita se habēt vt  
partes ad totū qd̄ cōstituūt et in quo vniantur.  
p̄ quē modū materia z forma vniant̄ ad inuić.  
nā forma vnit̄ materie vt ei⁹ p̄fectio z ambo vni-  
unt̄ in natura cōmuni et in supposito qd̄ constitu-  
unt. q̄dam vero vniant̄ p̄ cōiunctionē eoꝝ adin-  
uicē: sed nō in aliquo vno qd̄ cōstituunt quia ex  
eoꝝ cōiunctioe non resultat aliquid vnum. p̄  
quē modū subiectū z accidēs ad inuić vniant̄.  
nō enim ex subiecto et accidēte efficitur aliquid  
vnū per se cuius subiectū z accidēs partes dici  
possint. put. philosoph⁹ pbat. 8. metha. Quedā  
vero vniant̄ nō p̄p̄ie et directe p̄ cōiunctio-  
nē eoꝝ adinuić: sed p̄ cōiunctionem ipsoꝝ  
in aliquo vno. per quē modū duo brachia dicun-  
tur esse vnita non p̄ se et imediate p̄ cōiunctio-  
nez ipsoꝝ: sed quia coniungunt̄ in vno corpore.  
et consimiliter duo accidētia sicut musica z albe-  
do vnita dicuntur in vno subiecto in quo accidē-  
taliter coniunguntur. Ex quibus inferim⁹ ad pro-  
positū n̄m q̄ vnio duarū naturarū in xp̄o vna

ture humane et diuini suppositi: non est fm̄ p̄mū  
modū vnionis: eo q̄ diuina natura z humana i  
chris̄to vnite: nec sunt p̄p̄ie partes alicuius toti⁹  
ex illis constituti nec ex eis aliquod vnum per se  
resultat. diuinitas nāq; neq; pars ē cū ois pars  
habeat rationē imp̄fecti. neq; in cōpositionē ali-  
cuius rei venit. Alijs autem duob⁹ modis repe-  
riri potest vnio in xp̄o quāuis non eodez modo  
quo et in creaturis sed multo differenti z altio-  
ri. quoniam vt Ilylarius dicit terrenoz ad deum  
comparatio nulla est: neq; exempluz sufficiens  
rebus diuinis ratio humana prestabit. Ad cuius  
intellectū sciendū est q̄ in incarnatione duo pos-  
sunt considerari ex parte assumētis. s. persona  
et natura. si enim p̄sonam assumētē considere-  
mus: vnio humane nature assumpte est per se-  
cūdū modū cōiunctionis. qm̄ humana natura  
personę diuine coniungitur z vnitur: sed ex ip̄is  
duobus non resultat neq; constituitur aliquid  
tertium sicut neq; in socrate ex persona eius et  
natura aliquid vnum cōstituitur sed p̄sona ei⁹  
in humana subsistit natura. si autē cōsideremus  
naturam assumētis: sic ei⁹ cōiunctio et vnio ad  
naturā humanā: est p̄ tertiuū modū cōiunctio-  
nis in quātum due nature diuina. s. z humana in  
vna p̄sona verbi coniungunt̄. in naturalibus ta-  
men p̄p̄rietatibus nihilomin⁹ ambe nature di-  
stincte sunt. et ideo incarnatio insertioni p̄para-  
tur. sicut enim in insertione in eodez trunco in q̄  
erat vnus ramus p̄ naturam fit ram⁹ alius per  
insertionem: ita in eadē persona in qua natura-  
liter erat diuina natura: est per vnionem huma-  
na natura.

**Secundo** Notādū est. put. S.  
Tho. deducit in hac  
distin. q. p̄. ar. p̄. sub articulo p̄mo i cor. q̄ vnio  
p̄p̄ie z formaliter est relatio fundata sup̄ actio-  
ne et passione qua ex aliquibus efficitur quodā  
modo vnū. hanc aut̄ actionem vel passiōē di-  
cere possumus vnitionē vel cōiunctionem seu  
adunationem aut copulationem. sicut enī vnuz  
in substātia fundat relationem idētitatis z vnū  
in qualitate vel magis p̄p̄ie qualitas vna fun-  
dat relationem similitudinis: et quantitas vna  
fm̄ cōmensurationem fundat relationē equali-  
tatis: ita vnio vel cōiunctio seu adunatio ad  
inuić pluriuz actiue vel passiue sumpta: fundat  
relationem vnionis. quandoq; tamen actio ip̄-  
sa vel passio vnitionis seu cōiunctionis: nomi-  
ne relationis exprimitur et dicitur vnio. fm̄ quē  
modum doctores dicunt per vnionem vel per  
gratiam vnionis nature humane et suppositi di-

nini idest per ipsam incarnationem: factum esse q̄ deus sit homo et econuerso homo sit deus. nō enim in hac locutione vnio stat pro relatione que non efficit imo magis presupponit et consequitur deum hominē factum quod est pprius et immediatus terminus incarnationis. isto etiā modo cōsuevit dici duas naturas diuinam. s. et humanam vniri seu vnitas esse in christo. non enī sensus hic est q̄ due nature in xpo relatione vnionis ad inuicem dicuntur: sed q̄ in supposito christi adunantur vel copulantur seu cōiuncte sunt. et isto modo accipit vnionem. S. Tho. 3<sup>a</sup>. pte questione. 2<sup>a</sup> articulo. 9<sup>o</sup> in corpe vbi dicit q̄ vnio importat p̄iunctionē aliquorū in aliquo vno. Aduertendum tamē q̄ licet relatio vnionis pprie et immediate fundet̄ sup actione et passione cōiunctionis vel vnitionis seu adunatiōis: qz tamē vt. S. Tho. inquit loco pprie allegato per vnitionem vel cōiunctionem plura cōiuncta et vnita sūt aliquo modo vnū: ideo relatio vnionis super dicta cōiunctione vel vnitione fundata: habet ex consequenti et mediate aliquā vnitatem p̄ fundamento s̄m q̄ omnia vnita in quantum huiusmodi sunt aliquo modo vnū: diuersimode tamen s̄m diuersos modos vnitionis et cōiunctionis. aliter enī plures lapides in a-ceruo vniti: sunt aliquid vnū. et aliter plura mēbra in vno corpe. atqz aliter materia et forma sunt vnū in natura et supposito. et aliter plura accidentia vnū sunt in subiecto. hoc tamē vniversaliter verum est q̄ ea que vere et pprie vnita esse dicuntur: nequaquā vnū sunt in essentia vel natura. vnio enim s̄m ppriam rationem: est plurimū ad inuicem cōiunctorum. plura autē in rebus creatis esse non possunt vnus essentie vel nature. neqz vere vnita dicuntur que sunt idē essentia vel natura sed pprie dicuntur vnū. dicim<sup>9</sup> ergo s̄m p̄missa q̄ relatio vnionis duarum naturarum in christo et nature assumpte cū supposito verbī: fundatur per se et immediate in ipsa cōiunctione vel copulatione qua due nature diuina. s. et humana vnuntur et copulantur in supposito christi: que alio nomine incarnatio vel assumptio dicitur actiue vel passiue. quamuis in his nominibus aliqua rationis differentia assignari possit prout Sanct<sup>9</sup> Thomas loco p̄ conclusionibus allegato deducit. ex consequenti tamen et mediate: relatio vnionis p̄dicta fundatur in vnitate diuini suppositi quam natura humana assumpta in supposito acquirit s̄m q̄ vnū et idem suppositus est in vtraqz natura subsistēs. et dicimus notanter in vnitate quam natura as-

sumpta acquirit: quia relatio huiusmodi vnionis realiter est in natura assumpta in qua ē mutatio et noua sui esse et vnitatis acquisitio. ideo aut̄ seu diuino supposito: relatio vnionis non est realiter sed s̄m rationem p̄cise. et quamuis vnitas ipsa suppositalis pprie et realiter ac ab eterno sit: et tamen non est fundamentum dicte relationis vnionis in quantum est vnitas diuini suppositi ab eterno: sed in quantum cōmunicatur et acquiritur nature humane assumpte ex tēpore. cum enim realitas relationis ex parte fundamenti accipiatur sicut dictum fuit in primo libro: si vnitas diuini suppositi ad quam assumitur humana natura esset fundamentum relationis vnionis s̄m q̄ est vnitas diuini suppositi absolute: relatio vnionis realis esset ex parte diuini suppositi et in eo realis existeret quod falsū est. naz nulla relatio dei ad creaturam est in deo realis.

**Tertio** Notandum est pro d̄clara-tione tertie conclusionis q̄ vnio potest dici maxima dupliciter. vno modo quia maxime vnit extrema vnita. et isto modo vnio duarum naturarum in christo non est maxima vnionum etiam que sunt in rebus creatis. nam maior est vnio anime et corporis qua vnuntur extrema in vna natura et in vno supposito. vnio autem duarum naturarum diuine scilicet et humane in christo vnit extrema in vno supposito non in vna natura. alio modo potest dici maxima vnio ea ratione quia vnit extrema in eo quod est maxime vnū: et isto modo vnio incarnationis duarum scilicet naturarum est maxima vnionum quia scilicet diuinum suppositum in quo vnuntur est maxime vnū. vnitas enī diuine persone est vnitas increata per se subsistens non recepta in aliquo per participationē et est in se completa habens quicquid pertinet ad rationem vnitatis. vnde est maxima omnium aliarum vnitatum in rebus creatis etiam vnitatis numeralis que rationem partis habet neqz est per se subsistens sed participatur in rebus numeralis. Quod autē Augustin<sup>9</sup> dicit primo libro de trinitate q̄ homo magis est in filio dei q̄ filius dei in patre: debet intelligi prout Sanct<sup>9</sup> Thomas notat. 3<sup>a</sup>. parte questione. 2<sup>a</sup>. articulo nono in responsione ad argumentum in contrarium: non simpliciter sed quantum ad aliqd̄ in quantum scilicet idem supponitur in hoc quod dico homo loquendo de christo et in hoc quod dico filius dei. sed pater in diuinis non supponit suppositū filij aut econtra. simpliciter tamen lo-

quando maior est unio patris et filii qua unum dicitur esse in alio quam unio humane nature et suppositi filii.

**Quarto** Notandum est per declarationem quartae conclusionis quod id quod est proprie alicuius forma: habet se sicut pars et per consequens ut aliquid incompletum. ex forma enim et materia vel eo quod per eam informatur: constituitur una natura et unum compositum si sit forma substantialis cuius ipsa forma est pars. et inde est quod forma siue sit forma partis siue sit forma totius nunquam predicatur in recto de eo cuius est forma. et quia ratio partis et imperfecti repugnat diuine nature que est summa et tota rerum perfectio: ideo diuina natura nullius rei esse potest proprie forma. loquimur nunc de forma realiter informante et formaliter actuante id cuius est forma. Et de hoc. S. Tho. prima parte. q. 3. articulis. 7. et 8. Et contra gentiles libro primo capitulis. 27. et 28. Ex quibus inferimus quod quantum in christo diuina natura sit unita nature humane unione personaliter: non tamen proprie est eius forma neque unitur ei ut forma. neque per ipsam unionem diuina natura est aliquid intrinsece pertinens ad naturam humanam aut econuerso. unde. S. Tho. de veritate. q. 29. articulo primo ad 10. anime inquit christi unita erat plenitudo omnis boni. scilicet diuinitatis ex ipsa personaliter unione: non tamen formaliter sed personaliter. hec ille. unde quod Athanasius dicit in symbolo sicut anima rationalis et caro unus est homo ita deus et homo unus est christus: debet intelligi similitudo proprie. S. Tho. exponit. 3. parte. q. 2. articulo primo ad 2. quantum ad hoc quod sicut est unus aliquis subsistens in carne et anima: ita est unus christus subsistens in diuina natura et humana. non autem attribuitur similitudo sed quod anima unitur corpori formaliter perficiens ipsum ut ex duobus fiat una natura sicut ex actu et potentia vel ex materia et forma. verum tamen humana natura per unionem est aliquid intrinsece pertinens ad personam diuinam filii in quantum persona filii est vere et substantialiter subsistens in humana natura. et ideo unio ipsa facta est in persona non in natura. ut enim. S. Tho. notat contra gentes. 4. libro capitulo. 41. illa unio in natura: ex quibus constituitur integritas speciei alicuius. cum autem ex natura diuina et ex humana non possit constitui et integrari aliqua una species: sequitur quod unio non possit in natura neque adiuuare secundum se ipsas. quod intelligendum est primo et immediate. nam mediante persona filii et eius ratione: natura diuina et natura humana adiuuante unite esse dicuntur quod est dictum eas unitas esse in p

sona. non quod una natura ad aliam secundum se adiciatur vel alteri misceatur: sed unio in tertio. scilicet in persona seu hypostasi diuina saluis utriusque nature proprietatibus naturalibus. ex quibus etiam consequitur quod diuina natura et humana non conueniunt in esse essentiali quemadmodum anima et corpus in esse unius nature vel universaliter materia et forma: sed in esse personali et suppositali. et quantum in christo ideo realiter sit esse essentie diuine et esse suppositale: quia tamen differunt ratione sicut persona et essentia: ideo ut. S. Tho. dicit infra distinctione. 6. questione. 2. articulo. 2. ad 2. vere dici potest quod humanitas unita est persone christi et per eam diuinitati quantum ad esse suppositale: non quantum ad esse essentie diuinitatis. cuius autem dicitur esse essentie et esse existentie vel subsistentie: genitius tenet intrinsece. exponit enim esse essentie. id est quod est essentia: et esse existentie vel subsistentie. id est quod est existetia vel subsistentia. secundum primum esse: non dicitur aliquid esse in rerum natura neque absolute sed esse tale ut homo vel lapis vel aliquid aliud. per esse enim essentie. id est per essentiam suam: homo dicitur esse homo non autem dicitur esse. id est existere in rerum natura. imo in omni creatura differt realiter esse ab essentia sicut dictum fuit in secundo libro. secundum esse vero secundum. id est existentie vel subsistentie: dicitur aliquid esse non hoc vel illud sed esse absolute id est existere vel subsistere in rerum natura.

**Quinto** Notandum est proprie habetur ex dictis philosophi. 7. metaphisice et deducit illud. S. Tho. in quibus multis locis: esse quod est actus entis. scilicet esse existentie vel subsistentie: solius suppositi est tanquam eius quod existit vel subsistit. aliorum autem ut nature vel forme aut materie vel etiam accidentium: non est esse tanquam eius quod existit vel subsistit sed sicut eius quod aliquid existit. ex quo fit prout ex dictis. S. Tho. notatur prima parte. q. 5. articulo. 5. ad 2. quod natura vel forma et huiusmodi res que non sunt subsistentes: non dicuntur esse quasi per aliquid aliud formaliter sint sed quia eis aliquid vel aliqua sint. non enim huiusmodi entia dicuntur quia sunt vel esse habent: sed quia eis alia sunt. Idem notatur ex verbis eius de veritate questione. 21. articulo. 6. ad 7. Ex quibus inferimus quod humanitas in christo quia est natura quedam et forma habens modum partis et non est aliquid subsistens: non habet esse per aliquid formaliter quo existat vel subsistat sed magis est quo vel in quo formaliter aliquid subsistit. scilicet diuinum suppositum. ex assumptione siquidem humanitatis



factum est vt suppositum verbi quod ab eterno subsistit in diuinitate: ex tempore subsisteret in humanitate. et inde est vt. *S. Tho.* notat infra distinctione. 8<sup>a</sup>. questione prima articulo. 2<sup>o</sup>. in corpore et ad. 5<sup>m</sup>. q. humana natura a xpo assumpta nec nata est nec genita nec cepit esse: sed christus in humanitate et natus est et genitus et cepit esse. Falluntur igitur qui opinantur q. diuinum esse quo suppositum verbi subsistit ab eterno: vnitur formaliter humanitati christi ita vt per diuinum esse humanitas christi vere dicatur formaliter existere et subsistere. et quia esse diuinum est omnino idem realiter quod diuina essentia: ex consequenti inferunt q. diuina essentia vnitur in christo eius humanitati tanq. forma quauis non vt informans sed vt subsistens. horum certe opinio falsa est tan in se q. ex ratione in qua fundatur. in se quidem quia cu diuina essentia sit omnino idem re quod deus: deus aut cum sit p. ma causa efficiens omnium rerum: esse non potest forma intrinseca alicui. Et de hoc. *S. Tho.* p. ma parte q. stione. 3<sup>a</sup>. articulo vltimo. Et magis contra gentiles libro primo capitulis. 27<sup>o</sup>. et. 28<sup>o</sup>. ex ratione vero in qua fundatur pbatur falsa quoniam pcedit ex falso presupposito tanq. s. diuinum esse suppositi verbi: fuisset formale esse humanitatis assumpte quo. s. formaliter sit: quod ostensum e fallum esse. Neq. obstat q. diuina essentia vnita humanitati christi sit in se actus et forma et diuinum esse sit formalis effectus fm modum intelligendi. tum q. vt dictum est in pcedente notabili humanitas christi non vnitur eius diuinitati et diuino esse pmo et imediate sed mediante supposito. vnde et huiuscemodi naturarum vnio: suppositalis et personalis est no essentialis aut quidditatiua. tum etiam q. no omnis forma vel actus formalis cuiusq. vnitur: vnitur formaliter. sicut patet de angelo qui e forma simplex dum corpori assumpto vnitur cuius tamen formaliter non vnitur. et de anima que fm propriam rationem est forma et vnitur suis potentijs non tamen formaliter sed efficienter ac subiectiue. item in triduo mortis christi diuinitas que est vera vita et est forma et actus: vnita fuit corpori in sepulchro et tamen non formaliter alias corpus christi in triduo mortis fuisz viuum quod est erroneum. nam omne cui vita formaliter vnitur: viuunt per illam. Faciunt ad ista ea que Sanctus Thomas deducit contra gentiles libro. 4<sup>o</sup> capitulo. 4. l.



**Quantum ad articulo** quartum respondendum e objectionibus aduersarior. Et quidem ad p. ma octo argumenta Aureoli contra p. ma conclusio- nem dicit q. non militant contra conclusiones. na non aliud pbat q. q. vnio huane nature cuius supposito diuino in christo non est p. hoc tantummodo q. diuinum suppositum terminat extrinsece relatione humanitatis: ita q. ex ipsa vnioe nullo modo humanitas assumpta fiat vnus aliqd intimum et indiuisum cu diuino supposito sed vnus solummodo ordine vel cōtractu quodamodum lapis vnitur lapidi in aceruo. qd totum nos pcedim<sup>o</sup> cuius ponam<sup>o</sup> q. humanitas assumpta: p. assumptione et vnioe fuit no solum vnita s. vnus aliqd intimum seu intrinsecum cu psona verbi vnitate et intimitate suppositi. fuit etiam vnus aliqd cu diuina natura fm suppositum modo quo expositum fuit in pmo et secundo notabili. itaq. nos ponim<sup>o</sup> q. in his p. positionib<sup>o</sup> de<sup>o</sup> e homo vel homo e de<sup>o</sup>: et de<sup>o</sup> e incarnat<sup>o</sup> et in similib<sup>o</sup>: no solum designat q. huana- nitas refert ad diuinum suppositum sicut ad correlative et e contra: sed significat q. vere et substantialiter deus e homo et homo e de<sup>o</sup> prout substantialiter de<sup>o</sup> a substantia q. est suppositum. Ad. 9<sup>m</sup> dicit q. capi- endo vnioe put e relatio: minor e falsa. imo vt sic: vnio est aliquid consequens ad coniunctionem et vniri ad coniungi. est enim vnio isto modo re- latio coniunctorum: et vniri refertur ex ratione co- iunctionis. capiendo tamen vnioem p vnitione vel adunatione in qua fundat relatio: vnio idem est quod coniunctio et vniri quod coniungi. in qua acceptione nos no ponim<sup>o</sup> vnioe esse relatio- nem. et de hoc dictum fuit in secundo notabili. Ad 2<sup>m</sup> instatia eiusdem argumenti dicim<sup>o</sup> q. quauis materia esse sub forma no sit ipa relatio media: ad illud tamen consequit relatio media inter ma- teriam et formas. s. relatio pfectiui ad pfectibile et e contra. neq. sequitur in relationibus proces- sus in infinitum vt argues putat: quoniam relatio- nis non e relatio sicut fundamentum vel termi- nus. et certe arguens deceptus est in hac argu- metatione existens nos dicere coniunctione hu- manitatis cuius supposito verbi et coniunctionem materie cu forma vel existentia eius sub forma: esse relatione vniois: quod fallum e. imo dici- mus q. relatio vniois e aliquid consequens ad il- la. Ad argumeta Durandi contra secundam conclu- sionem ad primum dicit ad minorem q. licet natu- ra et diuina psona pextiterit assumptioni huma-

nitatis fm se et quatum ad esse simpliciter: non tñ  
preextiterit vnite fm suppositum humanitati: s̄  
hoc acquisitū est p̄ ipsam assumptionē. vnde ter-  
minus assumptionis humane nature p̄pe loquē-  
do: fuit p̄sona x̄bi nō absolute sed vnita humani-  
tati. Neq̄ obstat vt arguens infert q̄ id qd̄ ac-  
quirē p̄ dictā assumptionē ē vnio humane natu-  
re cū natura et p̄sona diuina vel ip̄z esse vnitū cū  
illis. qm̄ vt p̄bs dicit. 5<sup>o</sup> metha<sup>c</sup> et deducit illud  
S. Tho. in pluribus locis et p̄sertim p̄. 2<sup>o</sup>. q. p̄<sup>o</sup>  
ar. 5<sup>o</sup>. in cor. finis vel termin<sup>o</sup> duplicat d̄r. s. ipsa  
res et vsus siue adeptio rei. sicut ipsi<sup>o</sup> mot<sup>o</sup> cor-  
poris grauis: finis vel termin<sup>o</sup> est locus inferior  
vt res. et hoc quod ē esse in loco inferiori: ē finis  
et termin<sup>o</sup> sicut vsus. et finis auariē pecunia vt  
res: et possessio pecunie ē finis ei<sup>o</sup> vt vsus. et i re  
surrectione lazari finis et termin<sup>o</sup> tanq̄ res fuit  
aia rōnalis: et tanq̄ vsus rei termin<sup>o</sup> fuit eē cor-  
pus ei<sup>o</sup> viuuz et aiatū. neq̄ isti termini vel fines  
sunt duo simpliciter. put. S. Tho. notat p̄. 2<sup>o</sup>.  
q. 11<sup>o</sup>. ar. 3<sup>o</sup>. ad. 3<sup>o</sup> sed vnus finis. vnde nō ē ali-  
us finis de<sup>o</sup> et ali<sup>o</sup> fructio dei sed vn<sup>o</sup> finis. sic er-  
go in p̄posito n̄o termin<sup>o</sup> assumptionis humane  
nature in x̄po fuit suppositū verbi tanq̄ res. et ip̄-  
sa vtriusq̄ cōiunctio et eē deū et hominē: fuit ter-  
min<sup>o</sup> sicut vsus vel adeptio rei. ¶ Ad. 2<sup>o</sup> dicit  
p̄mo q̄ diuisio respect<sup>o</sup> quā arguens introducit ē  
falsa et ab eo gratis cōficta. Dicit secūdo falsum  
esse q̄ omnes illi modi essendi quos arguens in-  
ducit: sint directe et fm se respect<sup>o</sup> quāuis cōno-  
tēt aliquē respectū. Dicit tertio q̄ licet eē vnitū  
sit qd̄az mod<sup>o</sup> essendi: nō ideo sequit<sup>o</sup> q̄ vnio de  
qua nūc loquimur sit mod<sup>o</sup> essendi. nō enī vnio  
et esse vnitū idē significāt qd̄ etiā grāmātiā non  
ignorāt. vñ licet esse vnitū possit dici termin<sup>o</sup> as-  
sumptionis directe et p̄ se: non inderecte arguit<sup>o</sup>  
q̄ eodē modo ipsa vnio dicat termin<sup>o</sup> p̄ se assūp-  
tionis. ¶ Ad argumēta cōtra tertiā cōclusionē  
ad primū qd̄ est Aureoli d̄r q̄ p̄cedit ex falso sū-  
damēto. s. q̄ cōclusio p̄supponat q̄ copulatio vel  
coniunctio nature assumpte cū p̄sona et natura di-  
uina: sit nō p̄ aliquā vnitatem et indiuisiōnez sed  
p̄ solā relationē. ita q̄ p̄sonā diuinā cōiūgi na-  
ture humane: nō sit aliud q̄ relationē ipsius ter-  
minare. hoc aut falsum ē vt ex supradictis appa-  
ret. ¶ Ad. 2<sup>o</sup> quod ē Durādi patet respōsio ex  
his q̄ dicta sunt in tertio notabili. p̄cedit enim  
de vnione que ideo dicit maxima quia maxime  
vnit extrema vnita. cōclusio autē nostra intelli-  
gitur de maxima vnione que ideo dicit maxima  
quia vnit extrema in eo quod est maxime vnū.  
vnde argumentū non est ad p̄positū cōclusiōis.

¶ Ad argumēta cōtra quartā cōclusionē ad p̄  
mūd̄ q̄ maior p̄positio habet veritatē de p̄fe-  
ctione q̄ simpliciter et fm se ē p̄fectio: non ē eo qd̄  
est p̄fectio huius v̄ illius rei inquātū talis res ē.  
non enim quia esse furibunduz est p̄fectio in ca-  
ne: ideo attribuendum est deo. neq̄ quia p̄fe-  
ctio hominis est componi ex materia et forma:  
ideo huiuscemodi compositio deo est attribuē-  
da. influere aut formaliter influxu intrinseco qd̄  
est p̄fectionis in forma: nō est p̄fectio simpliciter  
imo hēt admixtā imp̄fectionē. quia talis influx<sup>o</sup>  
p̄prie est partis ac per hoc rei imp̄fecte. vnde  
respōsio ibi data bona est. Neq̄ valent ei<sup>o</sup> im-  
probationes. nō prima quia imo arguens v̄z ar-  
gumētū non p̄cipit p̄prie vocē ignorans. nam  
si argumētum p̄bat q̄ deus pōt esse forma intri-  
seca creature vt arguens cōcedit: p̄bat cōsequē-  
ter q̄ det esse p̄ informationem creature. quoni-  
am hoc est necessario consequens formā rei in-  
trinsecam. vt enim. S. Tho. notat de veri. q. 3<sup>o</sup>.  
articulo p̄mo in corpe: forma rei alicuius potest  
dici tripliciter. vno modo forma a qua res p̄ce-  
dit que est in agēte p̄ncipium agendī. sicut cali-  
ditas in igne calefaciente dicitur forma a qua ca-  
lor inducitur in re calefacta. alio modo dicitur  
forma rei fm quā res in seipsa formatur et p̄fici-  
tur. sicut anima ē forma hominis et figura statue  
est forma cupri. tertio modo dicitur forma rei ad  
quam idest ad cuius similitudinem res formā.  
per quē modum ydea in mente diuina dicit esse  
forma rerū et ars in mente artificis dicitur for-  
quia habitus intenderet potentiam quam intensa exiret in actum intensiore: aut quia ut quidam dicunt potentia et habitus essent duo imperfecta agentia suppletia vicem unius perfecti agentis respectu actus intensi in quibus nullum istorum agentium esset per se sufficiens ad ipsum producendum. primum non potest dici quia potentia intellectiva non recipit intensionem nec remissionem. nec secundum potest dici quia illa principia que immediate se habent ad aliquem actum et propria virtute agunt: habent uniuoce rationem potentie respectu illius actus. si ergo habitus et potentia se haberent ut duo imperfecta agentia suppletia vicem unius perfecti agentis: cum ad hoc sequatur quod quodlibet illorum immediate se habeat ad actum virtute propria alioquin non essent duo agentia imperfecta suppletia vice unius perfecti agentis modo quo ipsi ponuntur: sequeretur quod ratio potentie uniuoce conueniret potentie intellectiue et habitui. hoc autem non est verum. quod quauis habitus dicantur potentie quidam: hoc tamen est secundum illam rationem secundum quam potentia actiua vel passiuua dicta simpliciter dicuntur quedam potentie: sed secundum alium modum a predictis distinctum ut patet. 5. metha. Et tamen principia que per se requiruntur ad actum quecumque perfectum in aliquo specie: videntur necessario requiri ad quodlibet actum eiusdem speciei. sed habitus non requiritur ad quemlibet actum qui est eiusdem speciei cum actu sequente habitum: quod actus precedentes habitum non sunt ab habitu cum tamen sint eiusdem speciei cum actibus sequentibus. ergo et cetera. minor tamen patet. probatur maior primo per exemplum eorum. quod sicut acuties et durities requiruntur in securi ad intense vel velociter secandum: ita requiruntur ad quodlibet secare. Et 2. quod eorum undem effectum secundum speciem differentium solum secundum intensum et remissum: sunt eadem principia secundum speciem non differentia nisi secundum intensum et remissum. et sic patet maior et consequenter tota ratio. Arguit sic. illud quod natum est per se intendere actum: potest per se solum causare similem nisi ex parte receptiui sit preualens resistentia. sed habitus secundum se excluso quocumque alio non potest causare quemcumque actum. ergo non facit per se ad intensionem actus. minor de se patet. maior probatur. quia cum intensio actus attendatur secundum ipsam essentiam actus illud quod potest per se in intensionem actus: potest per se in essentia eius excluso impedimento preualente. dico autem excluso impedimento quia si agens quod intendit actum esset debilioris virtutis quam esset resistentia passivi: nihil causaret per se. sicut cum debilis adiungitur forti trahenti nauem et causat morum intensiorem: non oportet quod per se possit

\* = principia

causare motū illū nauis q̄ forte grauior est q̄ sit virt<sup>9</sup> istius debilis trahentis. sed si nihil resisteret: mouens quātūcūq; debilis virtutis ip̄az moueret. cū ergo potentie anime nullam resistētiāz habeant ad actus sed quātū est de se sint sūme disposite: sequit̄ q̄ illud qd̄ intendit per se actus earū: possit per se solum causare talem actū fm̄ speciem quamuis remissum et hec est maior. hec Durand<sup>9</sup> in forma. ¶ Contra secundam conclusionem arguit Aureol<sup>9</sup> probando q̄ nulla forma absoluta est virt<sup>9</sup> nisi vt inducit respectū in obliquo et per modū p̄notati. quia ad hoc q̄ aliqua forma sit virtus oportet q̄ fm̄ illaz aliquis se habeat bene vel male. bonitas antez et malicia consistunt in congruentia vel incongruentia. ¶ 2<sup>o</sup> arguit. quia variato illo respectu solū: variatur virtus imo eadem forma que erat virtus fit viciū propter variationem respect<sup>9</sup>. vt taciturnitas in iuvene est virtus: sed si fiat doctor et accipiat auctoritatem loquendi: tunc eadem qualitas fiet viciū. hoc patet etiam in habitu corporali. quia illud quod est pulchritudo in facie: est turpitudō in alia parte vel eōtra turpitudō in naso esset pulchritudo in pupilla aut alia parte. et quod est sanitas in vno esset infirmitas in alio. et hec omnia variantur fm̄ congruentiam. igitur virt<sup>9</sup> indirecte et in obliquo includit relationem. ¶ 3<sup>o</sup>. arguūt quidam alij probantes q̄ virtus non sit forma absoluta sed mera relatio. qz 7<sup>o</sup>. phisicorum dicitur q̄ in iusticia et virtute nō est motus eo q̄ sunt ad aliquid. aut igitur intelligit Aristoteles q̄ sunt ad aliquid solum fundamentaliter: et tunc ratio philosophi non valet quia sic albedo est fundamentaliter ad aliqd̄ et tamen ad ipsam est motus. aut intelligit q̄ formaliter sit ad aliquid et habetur intentū. ¶ 4<sup>o</sup>. quia habitus et virtus non requiritur propter substantiam actus sed propter modum act<sup>9</sup> ad faciliter et prompte agendum. et ideo nō oportet q̄ sit forma absoluta sed sufficit q̄ sit quidaz modus realis et consuetudinalis propter modum actus. ¶ 5<sup>o</sup>. quia isti habitus acquiruntur per actum intellect<sup>9</sup> et voluntatis qui sunt act<sup>9</sup> imanes. ¶ 6<sup>o</sup>. quia talia corrumpuntur p̄ cessationem actus sine aliquo positivo corrupente. quod non esset si essent forme absolute. ¶ 7<sup>o</sup>. quia non plus requiritur ad agendum in potentia rationali puta intellectu et voluntate q̄ in potentia irrationali. sed in potentia irrationali nō requiritur ad bene et faciliter agendum aliq̄ qualitas absoluta vt patet in brutis. equus enīz per modum consuetudinalem sine aliqua qualitate

absoluta disponit se ad arandum vel trahendū et huiusmodi. igit. ¶ 8<sup>o</sup>. arguitur. quia omnes definitiones virtutis includūt respectum congruentie nec vnq; aliquis virtutem sine isto respectu diffinit nec diffinire potest. ideo Augustinus dicit q̄ virtus est bona qualitas mentis. et philosophus. 2<sup>o</sup>. ethi. dicit q̄ virtus est q̄ habentes perficit. et ibidem dicit q̄ i medietae consistit quo ad nos. et. 7<sup>o</sup>. phisicorū dicit q̄ est dispositio perfecti ad optimū. que omnia dicūt respectum ad naturam et congruentiam. ¶ 9<sup>o</sup>. qz nullus actus est aut intelligit virtuosus nisi fm̄ circumstantias intellectas fundaret congruentiaz vt patet ex. 3<sup>o</sup>. ethicorū. quia circumstantie semper sumuntur vt congruit et oportet quātū. s. et quando et vbi et cui<sup>9</sup> gratia oportet. ¶ Alteri<sup>9</sup> arguunt aliqui q̄ virt<sup>9</sup> nec sit pura qualitas nec purus respectus sed sit compositum ex vtroq; z ens per accidens. ¶ Primo sic. omne quod includit res duorūz predicamentorum qualitercūq; includat: est ens per accidens. et non minus si vnum in recto et reliquū in obliquo q̄ si vtrūq; in recto imo plus quia magis cadit ab vnitae. hoc patet ex. 7<sup>o</sup>. metha<sup>9</sup>. vbi philosophus dicit q̄ composita ex substantia et alijs predicamentis non faciūt vnum per se. et idem iudiciū est d̄ composito ex quibuslibet duob<sup>9</sup> predicamentis. sed virtus includit absolutum principaliter et in recto et respectū in obliquo quoz primuz est in genere qualitatis: secundū in genere relationis. ergo virt<sup>9</sup> est ens per accidēs. ¶ 2<sup>o</sup>. sic. aut virtutis essentia consistit totaliter et p̄cise in puro absoluto: aut non totalit̄ et p̄cise imo respectū icludit partialiter. sed non pōt dici primuz. qz fm̄ hoc tertia species qualitatis et p̄ma cuz sint idem in illo absoluto: nō differrent p̄ essentia. simil̄ virtus et viciū erit idem p̄ essentiam. qz idem absolutū specificē habet rationem virtutis in vno et viciū in alio. similiter non erūt qualitates essentialiter opposite specificē que omnia absona sunt. ergo relinquit̄ q̄ de se secūdū. s. q̄ virtutis essentia ingrediat̄ partialiter ip̄e respect<sup>9</sup> congruentie. ¶ omnis essentia habēs partē sui absolutā z partē respectū: est ens p̄ accidēs vt patet in patre et fili. igit̄ essentia virtutis erit ens p̄ accidēs dato etiā q̄ ip̄e respectus in obliquo sit ei<sup>9</sup> pars. ¶ 3<sup>o</sup>. sic. absolutū sub respectu actu fundans respectū est vt sic aliquid vltra absolutum. est enim illud quod signat̄ p̄ hanc p̄positionez. s. q̄ pōt adesse et abesse manente eodē absoluto. sed omne icludens vltra absolutū aliquid quod pōt adesse z abesse illi est ens p̄ accidēs. includit enī duo q̄ruz

unum accidit alteri et ita est ens per accidēs vt patet. 5<sup>o</sup> metha. et per diffinitionem accidētis. igitur virtus si non precise importat absolutum sed vt sub respectu: necessario ē ens per accidēs. Confirmatur quia actu fundare: nec est absolutum cum separetur ab eo: nec respectus qui fundatur. claruz est. igitur erit habitudo media realis vel rationis. quod etiam confirmatur. qz pos se fundare includit respectum potentie mediuz inter fundamentū et respectū. quare et actu fundare. ¶ 4<sup>o</sup> sic. ipse respectus congruentie se habet ad virtutem vt propria passio aut sicut pars essentie eius. sed non potest poni primū. tum qz propria passio se habet ad subiectum in secūdo modo per se et per cōsequens deus posset facere virtutē sine illo respectu cuius opposituz dicit. tum quia subiectum potest intelligi sine propria passione quāuis non ecōuerso. et fm hoc nō erit ille respectus de cōintellectu virtutis. tum quia virtus acquiritur et variatur specificē ex variatione facta in solo isto respectu. et ita videtur ēē differentia intrinseca reponens in specie et non passio. tum quia omne quod acquiritur ad solaz variationem: non habet respectum partē sui nisi sit pur<sup>9</sup> respect<sup>9</sup>. solo autē statu persone variato: sit viciū quod prius erat virtus. sicut patet de taciturnitate que est virtus in iuvene et viciū in sene. et de albedine que est virtus et pulchritudo in cute et viciū in pupilla. non potest igitur respect<sup>9</sup> congruentie esse ppria passio virtutis sed pot<sup>9</sup> de essentia eius aliquo modo. sed cōstat qz omne includēs respectū et absolutuz: est ens p accidēs. igit idē quod prius. ¶ 5<sup>o</sup> sic. albū est ens per accidēs. vnde nō est in genere ppter duo significare. sed album solā qualitātē significat vt dicit in pdicamentis: cōnotat autē subiectū. et idē cōmentator. 5<sup>o</sup> metha cōmento. 9<sup>o</sup> contra Auicēnā. dicit enī qz pmo significat accidens et secūdo subiectū. ergo nomē quod vltra aliqd significatū cōnotat est ens p accidēs. sed virt<sup>9</sup> est huiusmodi. igit et c. ¶ 6<sup>o</sup> relatiū fm esse ē ens per accidēs vt patet simile equale. sed virtus est relatiuum fm esse saltem aliqz virtutes vt iusticia et amicitia. naz diffinitio relatiui fm esse q dicit ad aliquid quecūqz hoc ipsum qd sunt aliorum sunt: cōpetit eis. amicitia enīz non est ad se virtus nec iusticia sed sunt ad alterū. ergo saltey aliqz virtutes sunt ens per accidēs. ¶ 7<sup>o</sup> sic. absolutum sub respectu vt sic: vel est aliquid vltra purū absolutū: aut aliqua aut nihil. sed non potest dici qz nihil qz tūc essentia virtutis ess<sup>9</sup> nihil. nā absolutū precise sumptū: non est essentia

virtutis sed vt sub respectu per te. vt sic autē est nihil. ergo necesse est qz vel sit aliqua pluraliter modo acervi: et sic virtus erit acervi<sup>9</sup> essentialitē et per consequēs ens per accidēs. vel qz sit aliqd et per consequēs ens et unum. sed non vnū per se cū includat respectū et absolutū: ergo vnū per accidens. ¶ 8<sup>o</sup> sic. pbs dicit primo elenchorū qz nomen et oratio idē significant vt hec dictio duplum et hec oratio duplum dimidij. et ideo hoc nomen duplum aliter significat qz hec oratio duplum dimidij. queritur ergo an virtus precipue significet absolutuz sic qz respectus non cadat in suo significato sicut nec dimidij cadit in significatione dupli: aut significet vtrūqz simul absolutū in recto et respectum in obliquo sicut ista oratio duplum dimidij significat duplū in recto et dimidij in obliquo. si detur primū: habetur pposituz scilicet qz precise significat absolutuz et nullo modo respectū nec in obliquo nec in recto et per cōsequēs poterit intelligi sine respectu. si vero def secūdū: sequitur qz sicut hec oratio significat ens per accidēs cū dicitur duplum dimidij: sic hec dictio virtus significat ens per accidēs. quod enīz duo significat sic qz ambo cadunt in suo significato: exprimit ens per accidens. ¶ 9<sup>o</sup> sic. non magis fundat terminatiue absolutum virtutis respectum cōgruentie qz absolutū albedinis respectū similitudinis. ppriū est enī qualitātū fz eas simile et dissimile dici et fm quātitates equale et inequale. sed nullū nomē est impositū ad significandū albedinē aut alias qlitates vt stat sub respectu similitudinis vel vt fundat ipsuz. ergo nec qualitati vt fundat respectuz congruentie debuit speciale nomē imponi. ¶ 10. sic. tota ratio virtutis cōplete est extra intellectū. sed respectus cōgruentie cōplete non est extra intellectuz saltem fm ponentes qz cōplementū relationis ē ab anima. ergo ratio virtutis non consistit in absoluto vt est actu sub respectu congruentie. Confirmat. qz saltem in deo attributū iusticie et virtutis et scientie non pōt importare diuinitatem vt ē sub tali respectu reali qz talis nō est in deo. nec ratio nis qz tunc tota rō iusticie scientie vel virtutis non esset in deo circūscripto actu intellectus.



**Quantuz ad ar-**  
 ticulū tertiu<sup>9</sup> pmo notandū est qz vt. S. T. dicit pma 2<sup>a</sup>. q. 49 ar. p<sup>o</sup>. hoc nomē habit<sup>9</sup> ab habēdo sumptū ē. s. hoc tigit duplū. vno modo fz qz hō vltra aliqd aliud dī rē aliā hīe. alio mō fz qz hō vel res alia se habet aliqualiter

ut videlicet bene vel male et hoc vel ad se vel ad alterū. sicut p̄mū modū: habitus dicitur non ipsa res que habetur neque ipsa res habens sed habitudo rei habētis ad id quod habet. huiusmodi autem habitudo diuersificat. nam quādo id quod habetur est accidēs intrinsece inherēs habenti: habitudo habētis et habiti dicitur habitus qui ponit post predicamētum sub appellatione habere eo quod se extendit ad res pluriū predicamētōz. dicitur enim homo habere manū quod pertinet ad predicamētū substantie. et dicitur habere quātitatē et qualitātē quod pertinet ad alia duo predicamēta. et dominus dicitur habere seruū quod pertinet ad predicamētum relationis et sic de ceteris. aliquādo vero id quod habetur nō est intrinsece inherens habenti: sed extrinsece se habēs. sicut cum homo dicitur habere vestem vel arma sicut dicitur vestitus vel armatus. et isto modo habitus dicitur speciale predicamentū. Secundo autē modo habitus est ipsa res que habet et est qualitas de prima specie qualitatis sicut quā habēs dicitur aliquālit se habere in se vel ad aliud puta bene vel male. et in ista acceptione philosophus diffinit habitū in. 5<sup>o</sup> metha. quod habitus est dispositio sicut quāz disponit aliqd bene vel male sicut se vel sibi aliud. sic etiā diffinit a philosopho. 2<sup>o</sup> ethi. cū dicit quod potentia est qua possumus: habitus vero quo bene vel male possumus. et in ista acceptione loquimur de habitu in nostris cōclusionib<sup>9</sup> et est qualitas de prima specie qualitatis. et ut pleni<sup>9</sup> ac expressi<sup>9</sup> de huiusmodi habitu loquamur cōtra quorundā opinionē: dicitur sicut doctrinā. S. Doc. post philosophum in 2<sup>o</sup> ethi. quod habitus siue bon<sup>9</sup> siue malus determinat directe et per se potētiam in qua est subiectiue ad actū vel opationē in esse morali. item habilē et p̄mptā reddit ipsam ad opandū. demū ipsa potētie opationē reddit sibi facilē et delectabilem ac etiā intensiōrē. et si habitus bon<sup>9</sup> sit ut est habitus virtutis: ultra predicta perficit etiā ipsa potētiā et ei<sup>9</sup> opationē bonā et laudabilē reddit. ecōtrario vero si habitus malus et viciosus sit. Ad quorū intellectū cōsiderandū est. prout. S. Tho. pulchre deducit in hac dis. q. p̄. ar. p̄. Et p̄ 2<sup>o</sup>. q. 49. ar. 4. ad p̄. et. 2<sup>m</sup>. et. q. 50. ar. 3<sup>o</sup>. quod potētie naturales quia sunt ex seipsis ad vniū determinate: habitib<sup>9</sup> non indigent sed ipse potētie sufficiunt ad proprias operationes. similiter et potētie apprehensiuē sensitiuē habitibus non indigēt eo quod determinatum modū operandi habeāt a quo nō deficiunt nisi p̄pter defectuz potētie. item nec volūtas humana sicut quod ē naturaliter determinata ad vltimū finem et ad bo-

num sicut quod est eius formale obiectū. nec iterū intellectus agēs qui vniū tantūmodo habet determinatam actionē. restat igitur quod inter potētiās anime: soluz potētie rationales siue per essentiam quales sunt intellectus et volūtas siue per participationem quē ad modū irascibilis et concupiscibilis: sunt de se indeterminate ad opandū et nō vno modo sed pluribus modis et ad plura et diuersa determinari possunt. ex quo fit ut necessario requirant aliquid quo determinentur ut in actū exeant ad quod per se ordinantur cum potētia sit immediatū operationis principiū. id autem nos vocam<sup>9</sup> habitū sicut diffinitionē philosophi supra positam. est enim habit<sup>9</sup> subiectū suum inclinans ad determinatā operationē et ad modū operandi determinatū: inclinatur enim ut natura. ex quo etiam cōsequitur quod ipsum faciat p̄mptum et habilē ad talē operationē. omnis enim rei inclinatio per formā inherētē: rem ipsam habitat ac per hoc p̄mptam reddit ad operandū. inde etiam cōsequitur quod talis operatio sit operanti facilis et delectabilis. nam cū habitus inclinatur per modū cuiusdā nature: reddit operationem p̄p̄riam et quasi naturalē operanti et per consequens sibi delectabilē. conueniētia namque est causa delectationis. vnde philosophus in. 2<sup>o</sup> ethi. ponit delectationem in opere existentē: esse signum habitus. deniqz ex predictis cōsequitur quod habitus faciat habentē ipsum operari cum maiori conatu per quod actus ipse operationis intensior redditur eo quod in operatione delectabili act<sup>9</sup> voluntatis et presertim intentio augeatur prout S. Tho. notat p̄ 2<sup>o</sup>. q. 20. articulo. 4.

**¶ Secundo** Notandum est quod determinatio act<sup>9</sup> potest intelligi dupliciter. vno modo quod ad esse nature ipsius actus. alio modo quod ad esse moris sicut quod actus dicitur bonus vel malus moraliter. primo modo determinatio actus est per indiuiduationem et singularitatem siue existentie in rerum natura. vnde huiusmodi determinationis actus: non alia causa est quod illa que est causa siue existentie in rerum natura. eo enim ipso quod ponitur actus existere in rerum natura: ponitur habere singularitatem et indiuiduationem ac per hoc ponitur determinat<sup>9</sup> in esse nature. et ad huiusmodi determinationem actus: nō requiritur habitus bonus vel malus sed sufficit sua existentia in rerum natura que esse non potest qui act<sup>9</sup> singularis sit et indiuiduus et per consequens determinatus in esse nature. neque iterū requiritur habitus ad determinandū potētiā ad huius-



actum determinatū: sed sufficit ad hoc ipsa voluntas q̄ est dñā suoz actuz q̄<sup>m</sup> ad esse nature ratione cui<sup>9</sup> in potestate ipsi<sup>9</sup> est determinare se ad actū vel nō. i. in actū exire vel nō exire. habet enī volūtas a seipsa. i. a natura sua libertatē q̄<sup>m</sup> ad exercitiū suoz actū et aliaz potentiārum q̄ nate sunt ei obedire. et de hoc latius dictum fuit in. 2.º libro disti. 24. Et preterea d̄terminatio alicui<sup>9</sup> semp est ad aliqd speciale. non enī fit d̄terminatio ad id q̄ est omnib<sup>9</sup> cōmune. cum ergo omnis actus potentierationalis realiter existens sit predicto modo determinat<sup>9</sup> in eē nature: nō indiget ipsa potētia aliquo alio ad hoc q̄ determinet ad huiusmodi actū determinatū. nam non pōt in aliū exire q̄ in actū sic determinatū in esse nature. ¶ Neq; valet q̄ aliqui ad hoc dicunt. q̄. i. quāvis potentia rationalis non exigit hīcū ad sui d̄terminationē respectu act<sup>9</sup> in esse nature determinati absolute loquēdo: indiget tamen habitu ad sui d̄terminationē respectu hui<sup>9</sup> actus vel illius ad quoz quēlibet est de se indifferens et indeterminata. qm̄ et si potentia rationalis non possit exire nisi in actū singularē et determinatū in esse nature: potest tamen exire in hunc et nō in aliū et contra ac per hoc ad nullū illoz est de se determinata. hoc inquā non valet. qm̄ ad determinandū potētiā predicto modo indeterminataz: sufficit libertas voluntatis in q̄<sup>m</sup> est domina suoz actuum et aliarum potētiārum que naturaliter ei<sup>9</sup> subduntur imperio. ipsa siquidē voluntas propria libertate mouet se vt exeat in actū hunc vel illum et reliquas sibi subditas potentias ad actus suos. volo enim aliquid qz volo me id velle. et intelligo et video z ambulo qz volo me intelligere et videre et ambulare. non ergo ad determinandū se modo predicto: indiget potētia rationalis aliquo habitu cū ipsa voluntas que est sui et aliaz potentiārum motrix ad id sufficiat. et loquimur hic de habitu qui est forma inherēs et perficiens potentiam intrinsece.

**Tertio** Notādū est q̄ habitus de quo nunc loquimur dupliciter est determinat<sup>9</sup> potētie. vno modo f̄z se ipsam. nam cū potētia sit indifferens ex se ad recipiendū habitum vel nō recipiendū item ad recipiendū habitū bonū vel malū et hunc vel illum per habitū superuenientē determinatur eius indifferētia et potentialitas quā habet ad formā habitus recipiendā. loquimur enim nunc de potentia rationali que se habet ad opposita vt supra premisimus. alio modo habitus est determi-

natiuus potētie in ordine ad actū seu opationē non q̄<sup>m</sup> ad substantiā actus p̄cise nam ad hāc d̄terminationē etiā respectu pprii obiecti sufficit ipsa potētia a volūate mota put. S. Tho. notat p<sup>o</sup> 2.º. q. 56. ar. 6. in cor. et in de vir. in cōmuni. ar. 5.º. in cor. sed respectu actus perfecti accipiendo p̄fectionē large put se extendit ad veram et pprie p̄fectionē et ad methaphoricā vt cōprehēdamus generaliter habitū siue bon<sup>9</sup> sit siue malus. dicit enim nomē p̄fecti nō solū vere et proprie in bonis: sed methaphorice in malis: eo modo loquēdi quo abusive dicitur p̄fectus et bonus fur vel latro qui ad furtū peragēdū scit modum et circūstantias obseruare et furandi cōsuetudine ad id p̄petrandū habilis et p̄mptus effectus est. determinat autē habit<sup>9</sup> potētiā respectu sui actus: ipsam ad actū inclinādo et habitando ac p̄ hoc p̄mptā reddēdo potētiā ad actum. et quia habitus efficit actū ad quē potētiā habitat et inclinā facit et delectabilē p̄ ut p̄hs dicit in. 2.º ethi. consequēs est q̄ habitus determinat potētiāz nō p̄cise quātū ad substantiā act<sup>9</sup>: sed ad actū certo modo determinatū scilicet ad actū facit et delectabilē agentis et per consequēs firmū ac p̄fectū large capiēdo p̄fecti nomē vt predictū est. vt enī. S. Tho. deducit in de virtū. in cōmuni. q. p̄ma in cor. ea q̄ ex sola opatione potētie dependēt: facile imutantur nisi f̄m aliquā inclinātionē habitus fuerint stabilita. neq; iterū operatio p̄fecta in p̄mptu habet nisi potētia rationalis per habitū ad illam inclinetur alias enim oportet inquisitionē et cōsiliūz precedere de omni operatione occurrente. sicut experimēto patet de eo qui nondū habens scientie habitū: considerare vult. et de eo qui habitu virtutis carens: f̄m virtutē agere pretendit. deniq; ille opationes delectabiles sunt operanti q̄ sunt illi cōnaturales. quod habitus efficit eo q̄ inclinēt per modū nature. ¶ Ex quib<sup>9</sup> inferim<sup>9</sup> q̄ habit<sup>9</sup> adueniēs potētie operatiue: constituit cum ea vnū p̄ncipiū ad eundē actū p̄tra opinionem quozū dā qui dicit potētiā solam esse p̄ncipiū actus q̄<sup>m</sup> ad sui substantiā: habitū vero eē p̄ncipiū modificationis act<sup>9</sup>. falso existimātes q̄ potētia et habitus ipsam informans sint duo distincta p̄ncipia habētia in actu seu opatione distinctos effectus q̄ certe falsum est. sicut enī ex specie intelligibili et intellectu fit vnū p̄ncipiū intelligēdi: ita et habitus et potētia quā p̄ficiunt sunt vnū p̄ncipiū opandi. ac p̄ hoc eadē operatio p̄fecta est a potētia et ab habitu sicut vnus effect<sup>9</sup> ab vna causa vel p̄ncipio. ita q̄ z substantia

actus et actus modificatio vel determinatio est ab utroque et ab habitu et a potentia per habitum informata. Quod autem philosophus dicit. 2.º ethi. quod potentia est qua possunt et habitus est quo bene vel male possunt: est dictum per appropriationem. quia enim potentia sine habitu potest actum producere quod ad sui substantiam et ab habitu habet quod bene vel male operetur: ideo per quandam rationem appropriationis substantia actus attribuitur potentie. habitui vero attribuitur quod bene vel male operetur. Sic etiam accipiendum est id ipsum quod S. T. dicit aliquando et signat. 4. li. sen. dist. 49. quod per ar. 2. sub ar. 2. ad 2.º. verumtamen quod potentia operatur habitu informata: eadem operatio est tota ab utroque et quod ad substantiam et quod ad modum: quavis potentia ab habitu participet modum bene vel male operandi. unde Augustinus habitui attribuit ipsam operationem sic diffinit. habitus est quo aliquid agit cum operatio fuerit. cui consonat diffinitio commentatoris super. 3.º de anima dicens. habitus est quod quod agit cum voluerit.

**Quarto** Notandum est. prout accipitur ex dictis. S. T. per 2.º. quod 53 articulis. per. et. 3.º. dupliciter habitus corrumpi potest. vno modo per se ut si habeat contrarium vel ex parte sua vel ex parte sue cause. alio modo corrumpitur per accidens. et hoc contingit dupliciter. vno modo per corruptionem subiecti. corrupto enim subiecto: habitus et generaliter quodlibet accidens in eo existens corrumpitur cum accidens migrare non possit de subiecto in subiectum. alio modo corrumpi potest habitus per accidens: a remouente. prohibens suam corruptionem. primo modo corruptionis: habitus primorum principiorum tam speculabilium quam practicozum corrumpi non possunt eo quod in intellectu quod est ipsorum subiectum non habeant contrarium. non enim intellectus concipere potest ipsorum opposita esse vera prout philosophus docet. 4.º metha. neque iterum huiusmodi habitus corrumpi possunt per accidens ex corruptione subiecti. quia eorum subiectum quod est intellectus est incorruptibile. denique nec corrumpi possunt per accidens secundo modo. scilicet a remouente. prohibens ipsorum corruptionem. quia cum non possint corrumpi per se a contrario agente neque per accidens corruptione subiecti: non habent neque indigent aliquo prohibente ipsorum corruptionem. propter quod philosophus dicit. 6.º ethi. de prudentia quod non perditur per oblivionem. alij vero habitus intellectuales ex actu intellectus causati sicut est habitus conclusionum qui scientia dicitur vel etiam opinio: corrumpi possunt vel diminui per se a contrario ex parte causarum que sunt propositiones ex quibus ratio procedit ad conclusionem que habitus est. et iterum syllogismi ratio et forma ex qua habitus con-

clusionis deducitur. ipse enim propositiones contrarium habent. nam ut philosophus dicit. 2.º periar. enunciationi que est bonum est bonum: contraria est enunciationi que est bonum non est bonum. item syllogismus sophisticus oppositus est syllogismo dialectico vel demonstratiuo. per falsam igitur propositionem vel per sophisticum syllogismum corrupti vel diminui potest habitus vere opinionis aut scientie. item huiusmodi habitus corrupti possunt per accidens a remouente. prohibens sicut est cessatio ab actu per quem remouetur actus que prohibet et expellit causas corruptas vel diminuentes habitum. quia enim ut premissum est: habitus per se corrumpuntur vel diminuantur per contrarium agens: si per tractum vel diuturnitatem temporis contraria agentia succrescant que oporteat remoueri per actum ab habitu procedentem: necesse est huiusmodi habitus diminui vel etiam penitus deleri per diuturnam cessationem ab actu sicut per subtractionem remouentis. prohibens. hoc autem deduci potest tam in speculabilibus quam in agilibus. in speculabilibus siquidem: quoniam dum homo cessat ab usu vel actu intellectualis habitus: consurgunt imaginationes extranee et quandoque ad contrarium ducetes. ita quod nisi per sequentem usum intellectualis habitus quodammodo succendant vel comprimantur redditur homo minus aptus ad recte iudicandum et quandoque totaliter disponit ad contrarium. et sic per cessationem ab actu diminuitur vel etiam corrumpitur intellectualis habitus. illud idem potest deduci in agilibus. quoniam ex inclinatione appetitus sensitivi et aliorum que exterius mouent: necesse est quod multe passiones insurgant et multe operationes contingant preter modum virtutis dum homo ad ipsas passiones vel operationes moderandas non vitatur habitu virtutis moralis cuius est homines proficere ac promptum facere ad eligendum medium in passionibus et operationibus. ex quo necessario consequitur si talis non usus vel cessatio ab actu diuturnus duret: quod habitus virtutis diminuat vel etiam corrumpat. unde philosophus dicit. 4.º phy. quod tempus est causa oblivionis ratione. scilicet predicti non usus vel cessationis ab actu.

**Quantum ad articulum** quartum respondendum est obiectionibus. Et quidem ad argumenta Durandi contra primam conclusionem ad primum dicitur quod minor est falsa. nam ut deductum fuit in tertio notabile: habitus informans potentiam non solum est per se causa modi. scilicet bene vel male operandi: sed etiam est per se causa operationis bone vel male moralis. ita quod est causa

p se opationis et q̄m ad substātiā actus et q̄m ad  
 bonitatē ipsi⁹ vel maliciā moralē. nō tñ est causa  
 p̄caisa sed simul cū potentia cum qua fit vnum  
 p̄ncipiū per se bone vel male opationis moralit̄  
 quē admodū est forma cum materia vñū p̄ncipiū  
 opationis naturalis. neq; valet p̄batio arguētis.  
 naz quāuis potētia possit absq; habitu in substā  
 tiā act⁹ q̄m ad esse nature: non tñ potest sine ha  
 bitu in substātiā act⁹ boni vel mali moralis. vñ  
 arguēs decept⁹ est putās q̄ actus boni vel mali  
 moralit̄: potētia sit p̄ncipiū p̄caisum q̄m ad substā  
 actus. et habit⁹ sit p̄ncipiū p̄caise q̄m ad bonitatē  
 vel maliciā morale: qd̄ tamē falsum est. put in  
 tertio notabili deductū fuit. ¶ Ad. 1<sup>m</sup>. cōcedit  
 tota deductio argumēti quādo vterq; act⁹ p̄ce  
 dens. s. habitū et subsequēs: est p̄ omnia vnifor  
 mis q̄m ad sui substā. neq; istud repugnat doctri  
 ne. S. T. nō enim ipse ponit q̄ habit⁹ faciat actū  
 facilē in se et q̄m ad sui substā: sed q̄ facit illuz fa  
 cile ipsi opanti. et licet huiusmodi facilitas sit  
 ex parte opantis: hoc ipm̄ habet operans ex ha  
 bitu quo infor:mat: ita vt causa formalis huius fa  
 cilitatis est ipse habitus disponēs et habilans  
 atq; inclinās opantem ad talē operationem. so  
 lutione aut̄ quam arguēs adinuenit nō indige  
 mus. ¶ Ad. 2<sup>m</sup>. respondet. S. T. in hac dis. q. p̄.  
 ar. p̄. ad. 4<sup>m</sup>. q̄ facilitas et difficultas. put p̄b  
 inqt. 2<sup>o</sup>. metha. cōtingit aliquādo ex nobis ali  
 quādo ex reb⁹. vñ facilitas q̄ est ex rōne actū p̄  
 eo q̄ nō sunt magni p̄deris: diminuit q̄m in se ē  
 rōne meriti. sed facilitas q̄ est ex p̄mptitudine  
 opantis: meritū nō diminuit respectu p̄mij essen  
 tialis sed auget. qz quāto maiori charitate facit  
 tanto facil⁹ tollerāt et magis meref. et similiter  
 quāto delectabil⁹ opat. p̄pter habituz virtutis  
 tanto actus eius est delectabilior et magis meri  
 torius. si aut̄ arguēs faciat vim in hoc q̄ facilitas  
 fm̄ dicta non erit condicio operis sed operātis  
 dicimus q̄ facilitas modo dicta non est condi  
 cio operis fm̄ se sed bene est condicio ipsius in  
 quantum procedit ab habitu et eius perfectionē  
 participat. ita vt verū sit q̄ act⁹ ab habitu pro  
 cedens est facilis in q̄m h̄m̄oi. ¶ Ad. 4<sup>m</sup>. dicit q̄  
 maior p̄positio habet veritatē de eo quod ē dif  
 ficile ex magnitudine operis non de eo qd̄ ē dif  
 ficile ex defectu ipsius opantis vt pote quia nō  
 p̄mptia voluntate operatur. imo magis huius  
 cemodi difficultatē tollit habit⁹. et accipitur hec  
 responsio ex solutione. S. Tho. ad simile argu  
 mentū p̄. 2<sup>o</sup>. q. 114. ar. 4. ad. 2<sup>m</sup>. ¶ Ad argu  
 mētā tertio loco posita respōdet ad p̄mū q̄ p̄ce  
 dit ex falsa imaginatione arguētis. imaginat̄ enī

q̄ intensio act⁹ potentie intellectiue p̄ueniat ex  
 sola claritate seu euidētia maiori ipsius actus.  
 hoc autem falsum est nā etiā p̄uenit ex maiori  
 assensus firmitate. sicut enim intellectus dicitur  
 intensius videre qz clarius aut euidētius rē cog  
 noscit: ita dicit̄ intensius cognitionē habere qz ma  
 gis et firmitus ei adheret. Unde et. 2<sup>a</sup> 2<sup>o</sup>. q. 4.  
 arti. 8. ad. 3<sup>m</sup>. S. Tho. dicit q̄ perfectio intelle  
 ctus et scientie excedit cognitionem fidei q̄m ad  
 maiorem manifestationē: non tamen q̄m ad cer  
 tiorē inhesionē. intensio aut̄ fm̄ p̄fectione ar  
 tendit. Itē. q. 5. ar. 4. in cor. dicit q̄ si fides con  
 sideretur fm̄ participationem subiecti: p̄t dici  
 maior fides in vno q̄m in alio ex pte intellect⁹ p̄  
 ter maiorē certitudinē et firmitatem. p̄sideratio  
 autē fidei vel cuiuslibet habit⁹ fm̄ participatio  
 nem subiecti: est consideratio ipsius fm̄ intensio  
 nem. vnde quāuis act⁹ potētie intellectiue habi  
 tum p̄cedentes pares sint in claritate actibus  
 subsequētibus: qz tamē istis firmi⁹ et certius ad  
 heret intellect⁹ postq̄ habitu est infor:mat⁹: ideo  
 actus isti ex habitu p̄cedētes intensiores dicit̄  
 tur qz intensius et certius illis intellectus adhe  
 ret q̄ primis. ¶ Ad. 2<sup>m</sup> p̄batione dicitur q̄  
 habitus per se facit ad intētionem habit⁹ qz p̄fi  
 cit et intēdit potētiā in eliciēdo actū. neq; valet  
 huius iprobatio. qz licet potētia intellectiua nō  
 recipiat intētionem nec remissionē q̄m ad sui sub  
 stantiā: recipit tamē illa q̄m ad esse accidentale  
 et q̄m ad ipsius actus qui aliquādo est intensior  
 aliquādo remissior. ¶ Ad. 3<sup>m</sup> p̄bationem dicit̄  
 q̄ minor est falsa si recte sumatur sub maiore vt  
 scilicet intelligat̄ de actu p̄fecto eiusdem speciei  
 put sumit̄ in maiore p̄positione. neq; valet eius  
 p̄batio. qz licet act⁹ p̄cedētes habitū sint eius  
 dem speciei cū actibus subsequētib⁹ habitū: non  
 tñ sunt eque perfecti quē admodū actus sequen  
 tes habitū. vt enī. S. T. dicit. 2<sup>a</sup> 2<sup>o</sup>. q. 23. ar. 2.  
 in cor. nullus actus perfecte producit̄ ab aliqua  
 potētia actiua nisi sit ei cōnaturalis per formam  
 aliquam que sit p̄ncipiū actionis. Qd̄ autē se  
 cundo dicit de eisdē effectibus fm̄ speciē solū dif  
 ferentib⁹ fm̄ intensum et remissum et ē: non est  
 verū vniuersaliter. nam motus sagitte factus a  
 manu hominis et fact⁹ impetu balliste: sunt eius  
 dem speciei differentes solum fm̄ intensuz et re  
 missum quia vnus est velocior alius tardior et  
 tamen nō habent eadem p̄ncipia fm̄ speciē.  
 Et p̄terea act⁹ p̄cedētes habitū et ipm̄ sub  
 sequētes sicut differunt in eadem specie fm̄ intē  
 sum et remissum: ita et procedunt ab eodem p̄n  
 cipio differente fm̄ intensuz et remissuz. s. ab ea

dem potentia differente a seipsa fm intensus et remissum. quia quando operatur habitu perfecta est intensior in actu. et quando sine habitu opaf est remissior modo supra exposito. ¶ Ad. 2<sup>m</sup> pncipale dicitur q procedit ex falso intellectu in dictis. S. Tho. pcedit enim ac si. S. Doc. dixisset habitū intendere per se actuz tertio modo perfectat; quo per se agere est agere solitarie. i. quocūq; alio excluso. hoc aut falsum est. imo. S. T. intelligit de perfectate primi vel secūdi modi fz quos modos conuenit per se agere non solū pncipio quod: sed etiam pncipio agēdi quo. et in isto intellectu sicut habitus potest in act<sup>o</sup> intensiorem: ita et in subam act<sup>o</sup> put dictū fuit in tertio notabili. ¶ Ad argumenta contra secundaz cōclusionem dī q non militant cōtra. S. Doc. q expresse tenet in hac disti. q. p<sup>a</sup>. ar. 3. sub ar. 3. in cor. q virtus pprie loquēdo includit respectum ad aliquid: nō tamē per modū significati sed per modū cōnotati. ¶ Ad argumēta alioruz volentium pbare q virtus non sit forma absoluta sed merarelatio. Ad primum dī primo q vt. S. T. exponit dictum philosphi vbi arguēs illd allegat: nō est mens pbi q habitus et virtus de quibus loquimur sunt ad aliquid qm ad sui substantiam: alias non essent qualitates d prima specie put ipse pbs dicit in predicamentis. sed dicunt ad aliquid qz eoruz ratio ex aliqua relatione dependet. i. ex cōmensuratione humorum vel cōplexionis fm quam rationem non est ad habit<sup>o</sup> et virtutes motus nec ipsa sunt pncipia mot<sup>o</sup>. Dicitur secundo q philosphus vbi allegat non loquitur de habitibus et virtutibus anime sed de virtutibus et habitib<sup>o</sup> corporis quēadmodū sunt pulchritudo corporis macies sanitas et huiusmodi. isti enim habit<sup>o</sup> maxime dependent ex aliqua relatione .i. ex humorum et calidoruz et frigidoruz cōmensuratione vt ibi pbs iquit. q aut fm virtutes et malicias anime non sit mot<sup>o</sup> alterationis: non probat philosphus per hoc q sunt ad aliquid: sed per hoc q virt<sup>o</sup> est perfectio quedam: malicia vero corruptio. et quia nihil pprie dicitur alterari quādo perficit nec quando corrūpitur: ideo pbs concludit q fm anime virtutes et malicias non ē motus alterationis quānis consequantur ad aliquam alterationez. naz virtus consequitur et aggeneratur ad moderationē passionū eo q virtus moralis mediū constituat in passionibus put dicit. 2<sup>o</sup>. et bi. malicia vero virtuti opposita: consequitur supabundantiam vel defectum in passionibus. ¶ Ad. 2<sup>m</sup>. negatur assumptum de cuius falsitate latius dictū

fuit i tertio notabili. ¶ Ad. 3<sup>m</sup>. dicitur q nihil cōcludit ad ppositum arguentis. nam non repugnat q habitus acquirantur per actus intellect<sup>o</sup> et voluntatis imanentes et q sint forme absolute. qm et ipsi actus imanentes quedam absolute sunt. si vero arguens p̄tendit q quia act<sup>o</sup> sunt imanentes non possunt causare in subiecto in q ipsi manent aliquem habitum: nec sic probatur ppositum arguentis. tuz primo quia ex tali ratione magis concluditur q nullus habitus sit in intellectu et voluntate q q ipsi habitus sint mera relatio. tum secundo quia nihil est repugnantie q simul sint in eodez subiecto actus et habit<sup>o</sup> nec q idem subiectum sit recipiens habitū et eliciens actum et per consequens mouens et motum. nam vt. S. Tho. respondet p<sup>a</sup> 2<sup>o</sup>. q. 51. ar. 2. ad. 2<sup>m</sup>. quāuis idē fm idem nō possit esse mouens et motuz: nihil tamē phibet idem a seipso moueri fm diuersa vt in. 8<sup>o</sup>. phy. pbatur. vt aut in corpore questionis p̄miserat in intellectu et voluntate fm aliud et aliud est pncipium actuum et passiū suozū actuum. est eniz in vi appetitiua pncipium actiū quo eliciat actum suū et pncipium passiū in qm recipit et mouetur ab intellectu ostēdente illi obiectum. et similiter intellectus hēt actiū pncipiū eliciendi actum suum et habet pncipiū passiū in qm mouetur a voluntate ad exercitiū act<sup>o</sup> et a specie itelligibili qm ad act<sup>o</sup> specificationē. et in qm elicit cōclusiones ex pncipijs hēt pncipiū actiū et habet passiū. put a pncipijs mouet ad cōclusiones. ¶ Ad. 4<sup>m</sup>. dī q assumptū ē falsuz sicut patet ex q̄rto notabili. ¶ Ad. 5<sup>m</sup>. dī q maior est falsa. nā qz potētie rōnales sunt ex se indeterminate respectu suorum actū vt deductū fuit in pmo et secūdo notabili ideo magis indigent habitib<sup>o</sup> ipsas determinātib<sup>o</sup> qz potētie irracionales q determinate sunt ad actus pprios ex instinctu nature. et accipitur ista responsio ex dictis. S. Tho. in hac dist. q. p<sup>a</sup>. ar. p<sup>o</sup>. Et p<sup>a</sup> 2<sup>o</sup>. q. 50. ar. 3. ¶ Ad. 6<sup>m</sup>. et. 7<sup>m</sup>. dicitur q non aliud cōcludūt q q habitus virtutis includūt respectum quod nos nō negamus per modū connotati vel copulati. quāuis negemus q fm ipsaz eorū quidditatez et fm id quod sunt sint respectus seu relationes. ¶ Ad argumenta vltimo loco posita. Ad p̄mū dicit q maior ppositio hēt veritatē quādo res duoz pdicamentozū includunt in significato pncipali alicuius prout declaratū fuit li. p<sup>o</sup>. dist. 4. q. 2. sub. 3. ar. et disti. 8<sup>a</sup>. sub. 3. articulo. et tunc minor est falsa. non eni virtus includit respectum in principali significato sed tanquā aliquid connotatuz vel copulatū.

¶ Ad. 2<sup>m</sup>. dicitur quod essentia virtutis consistit totaliter et precise in puro absoluto. et ad huius probationem negatur assumptum. neque valet eius probatio. quoniam falsum est quod prima et tertia species quantitates sint idem specificiter in absoluto. nec etiam quod idem absolutum sit virtus in vno et in alio viciu quod ad eum moris quicquid sit quod ad eum nature precise. non enim est idem actus secundum essentiam seu speciem moris qui habet bonitatem ex obiecto et ex fine circumstantiis: cum actu qui huiusmodi bonitate caret. et consimiliter non est idem habitus secundum essentiam et speciem moris is qui secundum se et determinate proficit et inclinatur in bonum: cum eo qui per se et determinate efficit et inclinatur ad malum. ¶ Ad. 3<sup>m</sup>. dicitur quod minor est falsa si id quod est ultra absolutum: includatur sub nomine absoluti non tanquam principaliter significatum sed sicut connotatum. put supra dictum est. et isto modo respectus includitur sub nomine virtutis. Ad confirmationem dicitur quod procedit ex falso supposito. scilicet quod virtus sit id ipsum quod fundare respectum. hoc autem falsum est in eo virtus est fundamentum respectus. ¶ Ad. 4<sup>m</sup>. dicitur quod respectus conuenientie se habet ad virtutes vel propria passio. et ad eius primam probationem negatur quod deus posset facere subiectum sine omni propria passione aut virtutem morale sine illo respectu. nec oppositum dicitur a magis probatis doctoribus. Ad secundam probationem dicitur quod assumptum non est vniuersaliter verum presertim si propria passio sit relativa coplens rationem nominis per modum connotari. non enim potest intelligi creatura sub nomine creature sine respectu ad creatorem. Ad tertiam probationem negatur consequentia. non enim omne quod variatur speciem rei qualitercumque est intrinsecum sue essentie nisi illam variet a prioribus: alias omnis propria passio et accidens inseparabile esset de intrinseca ratione subiecti sicut eius differentia. nam propria passio et accidens inseparabile subiectum variant et distinguunt a posteriori. Ad quartam probationem dicitur falsum esse quod solo statu hominis variato per loquendo fiat viciu quod prius erat virtus. neque valet eius probatio quoniam taciturnitas non est virtus in iuvene et viciu in sene propter iuuetutem et senectutem per se et formaliter loquendo. alias quandoque et qualitercumque iuuenis taceret esset bonum et laudabile. et quandoque et quomodoque senex taceret esset viciosum et vituperabile quod est absurdum. sed dicitur taciturnitas virtus in iuvene: quia taciturnitas inclinatur ad tacendum vel plurimum. et vel frequenter iuuenem tacere: est tacere quod debet. et quando et quomodo debet eo quod iuuenis non multa viderit aut

expertus sit de quibus verum possit iudicium ferre. senex vero quia in multo sue etatis tempore plura nouit et expertus est: de pluribus potest verum ferre iudicium quod si taceret: plerumque taceret quod non debet et quando et quomodo non debet. unde per se loquendo taciturnitas est virtus in iuvene non quia iuuenis est: sed quia secundum illam taceret quando debet et quod debet et sic de aliis circumstantiis. in sene autem non est virtus quia secundum eam plerumque senex taceret quod non deberet aut quando vel quomodo non deberet secundum ceteras circumstantias. similiter autem et albedo non est virtus et pulchritudo in cute propterea precise quia in cute est quoniam in aliqua cute nec virtus nec pulchritudo est quemadmodum albedo capillorum in cute capitis. sed est virtus et pulchritudo per se loquendo in cute quia causatur ex debita commensuratione humorum quibus conuenit cuti. et idem dicendum est de albedine quod est viciu in pupilla non quia est in pupilla per se et formaliter loquendo: sed quia peruenit ex commixtione humorum indebita et discoueniens pupille. ¶ Ad. 5<sup>m</sup>. negatur antecedens. quia enim album solam qualitatem significat vel arguens consentit: ideo non est ens per accidens. et de hoc dictum est supra. ¶ Ad. 6<sup>m</sup>. dicitur quod minor est falsa. neque valet eius probatio. nam licet amicitia et iusticia importent aliquem respectum. scilicet ad alteram personam quem non importent alie virtutes: non ideo sunt respectus secundum id quod sunt: sed sunt virtutes que sicut connotatum includunt specialem respectum pre ceteris. ¶ Ad. 7<sup>m</sup>. dicitur quod virtus est absolutus sub respectu et non est aliquid ultra suam essentiam secundum quod est res in essentia. sed est aliquid ultra suam essentiam secundum esse moris ratione respectus quem connotat. et cum arguens infert quod tunc virtus erit aliqua plura modo acerui. negatur consequentia. non enim subiectum et accidens sunt plura modo acerui: sed ad modum materie et forme. nec subiectum et accidens connotatum sunt ens per accidens vel sepe dictum est. ¶ Ad. 8<sup>m</sup>. dicitur quod hoc nomen virtus significat absolutum et connotat respectum: ita quod respectus non cadit in suo principali significato sed cadit sub nomine virtutis vel connotatus. et ideo nomen virtutis non se habet in significato sicut duplici dimidij que sunt duo nomina duo significantia. ac per hoc totum hoc duplici dimidij est ens per accidens. unde non est simile de nomine virtutis quod est vnum vniuersum habens significatum. duo enim significata vno vel pluribus nominibus copulata faciunt ens per accidens: non autem vnum significatum tantummodo cum connotato. ¶ Ad. 9<sup>m</sup>. dicitur quod quicquid sit

de maiori ppositione nam non est simile de virtute et de albedine: verū tamen ad formam argumenti sufficit respondere q̄ cum nomina sint imposita ad placitum: placuit primis impositis ponere nomen virtuti importans et absolute pro significato et respectum pro cōnotato. et imponere nomen albedini designans absolute precise pro significato absq̄ designatione cōnotati. ¶ Ad. 10<sup>m</sup>. dicitur q̄ ex ista argumentatione magis sequitur oppositum arguentis q̄ eius ppositum. nam si ratio virtutis non consistit in absoluto vt est actu sub respectu congruētie vt argumētatio concludit pro eo q̄ virt<sup>o</sup> cōplete est extra intellectū et respect<sup>o</sup> relationis non est complete extra intellectū sed in anima eque bene concluditur ex argumentatione q̄ ratio virtutis non includit aliquo modo respectū congruentie quod est contra ppositum arguentis potius q̄ contra nos qui non ponim<sup>9</sup> respectum in esse de essentia virtutis. ipse autē ponit q̄ essentia virtutis vtrūq̄ includit et absolute et respectum. ¶ Ad argumentum ante oppositum patet responsio ex his q̄ dicta sunt in secundo et tertio notabili. Et in hoc articulo terminatur.



**T**ertūcirca

ca vigesimā tertiā distinctionē querit vtrū fides theologica sit virtus et arguitur q̄ nō. quia nihil quod est contra rationem est virtus cum virt<sup>o</sup> sit habit<sup>o</sup> rationi cōsentanens. sed fides videtur esse contra rationē eo q̄ faciat rationem abnegare. ergo fides non est virtus. ¶ In oppositum arguitur. quia nihil iustificat nisi virtus. sed fides iustificat sicut illud Romanoꝝ. 5<sup>o</sup>. iustificatiū igitur ex fide in pace habeamus. ergo fides est virtus. ¶ In hac q̄stione erunt quattuor articuli vt supra.



**Q**uantū ad ar-

ticulum primum sit prima conclusio q̄ fides charitate informata est virtus. hanc conclusionē tenet. S. Tho. in hac distin. q. 2<sup>a</sup>. articulo. 4<sup>o</sup>. sub articulis primo et secundo. Item prima 2<sup>a</sup>. q. 62. articulo. 3<sup>o</sup>. Et 2<sup>a</sup>. 2<sup>a</sup>. q. 4. articulo. 5<sup>o</sup>. Et de veritate. q. 14. articulo. 3<sup>o</sup>.

¶ Secunda conclusio est q̄ fides theologica siue sit formata siue informata est donum dei. hanc conclusionem tenet. S. Tho. in hac distinctione q. 3<sup>a</sup>. articulo. 2<sup>o</sup>. Item. 2<sup>a</sup>. 2<sup>a</sup>. q. 6. articulo primo et 2<sup>o</sup>. ¶ Tertia conclusio est q̄ homo aliquē articulum fidei pertinaciter discredens: non habet habitum fidei infuse. hanc conclusionem tenet. S. Tho. 2<sup>a</sup>. 2<sup>a</sup>. q. 5<sup>a</sup>. articulo. 3<sup>o</sup>. Item quodlibet. 6<sup>o</sup>. articulo. 6<sup>o</sup>. ¶ Quarta conclusio est q̄ fides est vna virtus et vnus habitus. hanc conclusionem tenet. S. Tho. in hac distinctione. q. 2<sup>a</sup>. articulo. 4. sub articulo. 2<sup>o</sup>. Et 2<sup>a</sup>. 2<sup>a</sup>. q. 4. articulo. 6<sup>o</sup>.



**Q**uantū ad ar-

ticulum secundum arguitur cōtra conclusiones. Et quidē cōtra primam arguit Durandus probando q̄ fides quantūcūq̄ formata charitate non sit virtus proprie loquēdo de virtute prout virtus dicitur habitus ponens potentiam in vltimo perfectionis debite suo actui sic enī virtus est vltimū de potentia. arguit igitur sic. omnis virtus proprie dicta perficiens intellectū: perficit ipsum ad conspiciendū obiectum in se vel per resolutionem ad id quod in se conspicit. in hoc enī consistit efficacia act<sup>o</sup> intelligendi quam ponit virtus circa potentiam intellectiuam. sed fides non perficit intellectum ad conspiciendum obiectum in se vel per resolutionē ad illud quod in se conspicit. ergo non est proprie et simpliciter loquendo virtus. ¶ 2<sup>o</sup>. probat q̄ fides non est magis virt<sup>o</sup> charitate p̄sente vel existente in voluntate q̄ non existēte. quia habitus qui non elicit perfectionem actum non est perfectior. sed fides non elicit perfectionem actum charitate existente in voluntate q̄ nō existente: quia actus eius qui est assentire vero supernaturali non est perfectior quantū ad aliquid quod pertinet ad cognitionem veri qui mere pertinet ad intellectum quem perficit fides licet sit perfectior quantum ad rationem meriti que est perfectio extrinseca cuius pertinet ad charitatem que perficit voluntatem. ergo fides nō est magis vel minus virtus charitate existente in voluntate q̄ non existente. ¶ Item. 3<sup>o</sup>. arguit q̄ nō est sile b̄ fide et charitate sicut b̄ prudētia et virtute morali. q̄ prudētia nō pōt acquiri sine virtute morali nec moral<sup>is</sup> virt<sup>o</sup> sine prudētia. et q̄ vtraq̄ acquiri ex actib<sup>9</sup>. ideo act<sup>o</sup> vtriusq̄ recipit perfectionem ex sibi adiuncto. ita q̄ impossibile est actum prudentie esse perfectū nisi virtus mo

ralis sit in appetitu: nec actum virtutis moralis esse perfectum nisi prudentia sit in intellectu. fides autem non dependet a charitate nec quātū ad habitum cū sit prior ordine nature nec i actu recipit aliquam perfectionem a charitate. et ideo potest habere equaliter rationem virtutis charitate non existente in voluntate sicut existente. quamvis enim voluntas inclinet intellectum ad credendum: non tamē oportet q̄ ipsa sit i forma ta charitate. hec ille in forma. ¶ Contra secundā conclusionē arguit Scot⁹ pbando q̄ preter acquisitam non requiratur alia infusa. primo qz in primo cui articuli sunt reuelati: sufficit fides acq̄ sita vt firmiter eis adhereat vt in Paulo. ergo alijs posterioribus sufficit fides acquisita vt firmiter credant omnia credenda. quia Augustin⁹ super illud psal. suscipiant montes pacem populo et c: vult q̄ inferiores illuminentur per superiores et non magis illuminantur q̄ superiores illos illuminantes. patet ergo consequētia. sed antecedens probatur. quia ex puris naturalibus assentire potest illum esse veracem qui talia asserit et reuelat. quia ex puris naturalibus scit hoc et assentit q̄ de⁹ est verax magis q̄ omnes homines. et hec scire et assentire potuit Paulus. ergo fide acquisita ex puris naturalibus potest quis firmiter et sine hesitatione assentire omnibus reuelatis a deo. et per consequens quilibet alius. nō ergo preter fidem acquisitam requiritur necessario ppter assensum alia fides. ¶ 2. quia quamvis aliqua scientia ppter suam difficultatem quam includit vt geometria vel alia nō possit sciri ab homine ppria inuentione et in lumine suo naturali: tamē postq̄ inuenta est et ordinate tradita: potest homo ex puris naturalibus acquirere et scire eam. ergo eodem modo quamuis nullus naturali lumine intellectus possit ppria acquisitione venire ad noticiam illius deus est trinus et vnus: tamen postq̄ reuelatum est alicui: potest alius ex dictis illius cui reuelatum est illi firmiter adherere fide acquisita. ¶ 3. qz si fides infusa ponitur: illa erit certior acquisita quia aliter frustra poneretur. sed q̄ sit min⁹ certa probatur. quia conclusio est minus certa q̄ principium: ex quo tota certitudo conclusionis est a certitudine principij. sed huic deus est trinus et vnus assentio fide infusa si ponitur quia hoc reuelatum est a deo. sed hoc esse reuelatum a deo credo quia Joannes dixit hoc sibi esse reuelatū vel alius apostolus. sed si audissem eum dixisse hoc sibi reuelatū esse: credidissem sibi fide acquisita credendo ipsum esse veracem et nihil fal-

sum velle asserere. ergo et modo credo illi. s. deū esse trinum et vnum reuelatum esse apostolo fide acquisita ex auditu scripturarum vel ex hoc. s. q̄ lego scripturam. ergo tota firmitas quam modo ponis in fide: est a fide acquisita. ergo nō est ponenda fides infusa. hec Scotus. ¶ 4. arguit Aureolus probando q̄ fides infusa non requiritur ppter supernaturalitatem obiecti fidei. quia supnaturalitas illius obiecti vel intelligit per indifferentiam ad verum et falsum ita q̄ obiectum fidei sit tale q̄ non apparet vtrum sit verum vel falsum sicut vtrum arene maris sint pares aut impares: vel intelligitur per repugnantiam ad apparentiam sicut q̄ deus sit trinus et vnus dicitur repugnare veris apparentib⁹. sed ex neutro illoꝝ requiritur habitus supernaturalis. non enim ppter primū: quia homo naturaliter loquendo potest indifferentibus firmissime adherere sine habitu supernaturali. nec ppter secundum: nam homo aliquando adheret firmissime oppositis primoz principioꝝ ppter sylocismum falsigraphum vel propter cōsuetudinem vel naturalem dispositionem suam puta ex imaginatione. Et si dicas q̄ veritates fidei sunt de deo qui est obiectum supernaturale et non potest a nobis naturaliter intelligi: hoc non valet. quia de deo possumus multa intelligere ex sensatis et alia multa non ex sensatis possumus tenere firmiter. et hoc patet in hereticis. hereticus enim errans in vno articulo fidei: amittit fidem infusam et tamen tenet alios ita firmiter q̄ pro illis vellet decapitari. hoc etiam patet de puero non baptizato nutrito inter fideles qui multa que si dei sunt tenet ita firmiter sicut baptizatus q̄ habet fidem infusam. item fides infusa bene est necessaria ei qui reuelat ea que sunt fidei. sed si reuelat ea a casu vel ex industria naturali: non est ei credendum nec adherendum eis que dicit qz non potest ea reuelare certitudinaliter nisi habeat ea per causam superiorem mediante habitu infuso supernaturali. sed credenti dictis reuelantis non est necessarius habitus supernaturalis infusus. hec Aureolus in forma. ¶ Contra tertiam conclusionem arguit Durandus probando q̄ in hereticis remaneat fides infusa quo ad articulos in quibus non errat: et arguit sic. quia omnis habitus reddit potentiam facilem ad actum debitum respectu obiecti et per consequens ad refugendum contraria vel refutandum illa. et tamen si non refugiantur contraria: nō ppter hoc totaliter tollitur habitus. et si ponat facilitatem et pronitatem ad actum debitum et ad refugien-

dum contrariū: non tamen ponit necessitatem quin possit fieri contrarium. et istud est manifestum in habitibus acquisitis. ¶ 2°. quia ille qui assentit credibilibus similiter nunc vt prius: hēt fidem similiter nunc vt prius. quia assensus similis arguit similem habitum. sed fidelis de nouo seductus circa aliquod incredibile per ipsam ignorantiam quia non bene intelligit sacram scripturam: vel per alterius falsam doctrinam puta q̄ non licet iurare: assentit ceteris credibilib⁹ similiter nunc vt prius et omnino consimiliter. ergo assentit per eundem habitum per quem prius. s̄ prius habebat fidem infusam. ergo et nunc ⁊ tamen est hereticus. ergo in heretico manet fides infusa. ¶ 3°. quia si aliquid obstarēt: hoc videretur esse quia seq̄retur hoc dato q̄ aliquis simul sit fidelis et infidelis. sed hoc non obstat quia fides fm̄ habitum et error fm̄ actum circa aliq̄d credibile: bene possunt stare sicut scientia s̄ habitum potest stare cum actu erroneo circa aliq̄d scibile. et si firmaretur habitus in aliquo q̄d nullo modo esset iurandum: adhuc posset stare cum fide infusa quia non esset de eodez obiecto. quia quāuis obiectum fidei infuse se extendat ad omnia contenta in sacra scriptura: tamē ipsa potest exire in actum debitum respectu aliquoz: quāuis intellectus habentis fidem infusam possit decipi respectu alioz. sicut aliquis potest habere veram scientiam de aliquibus passionib⁹ alicuius subiecti et decipi circa alias passiones eiusdem. et sic non videtur improbabile quin habitus fidei possit remanere in hereticis errantib⁹ de nouo circa aliquod particulare credibile. hec ille. ¶ Contra quartam conclusionē arguit Scotus probando q̄ non ideo de omnibus credibilibus sit vna fides quia respicit omnia credibilia vt reuelata a deo. primo quia si fides infusa respicit primam veritatem vt reuelantem articulos et causantem assensum de credibilibus ⁊ nō sicut de quo est fides vt d̄ obiecto: sequit̄ q̄ nūq̄ aliquis fidelis assentiret huic deus est trinus et vnus. quia fm̄ te assentio huic deus est trinus ⁊ vnus quia est reuelatum a prima veritate. quero igitur a te quomodo assentio huic: hoc est reuelatum a deo. quia si assentio huic. s. deus ē trinus et vnus propter hoc quia est reuelatū a deo sicut conclusioni propter principium: sequitur q̄ magis assentio illi quod se habet vt principium q̄ illi quod se habet vt conclusio. si dicas sicut oportet q̄ quia est reuelatum deum esse trinum et vnus: quero vltra quomodo assentio huic reuelatum est a deo deum esse trinum et vnus. si

iterum quia est reuelatum: procedam in infinitum et per consequens nūq̄ aliquid firmiter credam de articulis fidei. sicut si scientia conclusio nis resolveretur in p̄ncipia ⁊ illa p̄ncipia in alia et sic in infinitum: nūq̄ sciretur aliquid sicut nec aliquid p̄t esse quod depēdeat ex infinitis causis essentialiter. si dicas q̄ huic assentio fidei acquisita. s. q̄ deum esse trinū et vnus est a deo reuelatum: contra. tunc fides infusa dependet in esse et firmitate adherens alicui articulo a fide acquisita sicut a principio. quia non poteris dicere q̄ p̄ scientiam ei adheras: q̄ hoc non est euidēs ex terminis deum esse trinū et vnus est a deo reuelatum plus q̄ q̄ deus est trin⁹ et vnus. ¶ 2°. quia formalis ratio obiecti habitus realis: non est relatio seu ens rationis. sed esse reuelatum a deo deum esse trinū et vnus: non dicit vltra deū esse trinū et vnus nisi respectum rationis sicut esse cognitum dicit respectum rationis tātū vltra rem que cognoscitur. si ergo assentis articulo predicto quia est reuelatus a deo: tūc ratio formalis cur assentis per habitum realem ē ens rationis quod est inconueniens cum habit⁹ realis habeat formale obiectum reale sicut potētia realis habet obiectum reale. hoc patet. ergo reuelabile passive cum sit ens rationis: non potest esse formalis rō tendendi in istud deus est trin⁹ et vn⁹. ¶ 3°. arguit Aureol⁹. p̄ hādō q̄ v̄itas prima nō sit formale i obiecto fidei. s. q̄ fides adhereat cuiūq̄ rōne p̄me v̄itat̄. q̄ hoc ē d̄ rōne formalis obiecti vt nō reducat̄ ad superiorē causā i eadē sciētia. sed nō sic est in p̄posito. q̄ si quera tur quare credis articulos fidei: respondēt quia hoc dicit prima veritas que mēiri nō p̄t. queratur vltra quare mentiri non potest et oportet dicere quia est deus. et sic reducitur vltterius ad aliud obiectum formale. ergo prima veritas se habet vt obiectū materiale. ¶ 4°. aut intelligis per primā veritatem dicta a prima veritate: et hoc non est possibile quia talia sunt veritates cōplexę que sunt obiectuz materiale. aut intelligis aliquod attributum speciale in deo: et hoc non potest dici quia illud nihil addit ad diuinitatez. et si addit: in quantum huiusmodi nō est finis. et ita fides non habebit idem pro obiecto formalij et pro fine. ergo reliquit q̄ deus sub rōne diuinitatis sit obz formale et nō veritas p̄ma. hec ille.



**Quantus ad articulo** tertium primo notadū est prout accipit̄ ex dictis. S. In hac dis. q. p̄. ar. 4. sub. ar. 3. i. c.



Et prima 2<sup>a</sup>. q. 62. articulo primo in corpore q<sup>uod</sup> virtutes aliq<sup>uando</sup> dicunt<sup>ur</sup> theologice ex eo q<sup>uod</sup> habet ordinem immediate ad deum. theos eni grece: latine dicitur deus. dicunt autem aliquae virtutes habere immediate ordinem in deum ac per hoc theologice: triplici ratione. vna quia habent deum pro obiecto immediato. secunda quia habet deum pro causa immediata quia scilicet a solo deo create sunt et nobis infuse. tertia quia de revelatione aut dei sermone non humana ratione nobis innotuerunt. unde et philosophi dei revelationem non habentes: nihil de theologice virtutibus cognoverunt. et ex tribus predictis accipiunt differentiam virtutum theologice a moralibus virtutibus et intellectualibus de quibus loquitur philosophi que nec deum habet pro immediato obiecto: nec pro causa sola et immediata: nec sola et immediata dei revelatione a nobis cognoscuntur cum earum obiectum sit aliquid quod humana ratione comprehendere potest. virtutes namque intellectuales et morales perficiunt intellectum et appetitum hominis secundum proportionem nature humane. virtutes vero theologice perficiunt supernaturaliter. habent enim deum pro obiecto secundum ea que humane rationis cognitionem excedunt. iuxta illud apostoli prima Corin. 2<sup>o</sup>. oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus his que diligunt illum. nobis autem revelavit deus per spiritum suum. unde virtutes theologice quantum conveniunt in subiecto cum virtutibus moralibus et intellectualibus non tamen sunt proprie morales nec intellectuales. quam differentiam vel identitatem specificam habituum et virtutum non accipitur ex subiectis sed ex obiectis formaliter sumptis. ¶ Ex quibus inferimus quod licet fides sit subiective in intellectu sicut et virtutes dicte intellectuales: non tamen requirit ad rationem virtutis omne illud quod virtutes intellectuales requirunt cum sit alterius speciei ab illis. unde evidenter et conspicuitas cognitionis veri requisita ad habitus virtutum intellectualium prout docet philosophus sexto ethicorum: non necessario requiritur ad virtutem fidei de qua nunc loquimur ut quidam falso putarunt non satis advertentes quod fides cum sit virtus theologica: non est virtus intellectualis qualis describitur a philosophis: sed specificiter ab ea distinguitur. immo vero habitus fidei rationem virtutis non accipit ex ipsa cognitionis evidentia vel conspicuitate sed aliunde. Ad cuius intellectum considerandum est quod ut philosophus diffinit secundo libro ethicorum. virtus est que bonum facit habentem et operis bonum reddit. bonum autem opus. id est bonus actus virtutis: est vel ipsum bonum ultimum vel quod ad bonum ultimum

ordinatur. bonum vero ultimum duplex consideratur. unum quod est humanis viribus proportionatum quod tamen non habet perfectam rationem ultimi boni sed quandam ipsius participationem secundum quod homo perficitur in bonis rationis speculative principaliter: et practice secundario. et de hoc fine ultimo tractat philosophus in libris ethicorum. aliud bonum ultimum est quod nature humane facultatem excedit. scilicet deus ipse et divine essentie aperta visio de quo ultimo fine theologus considerat. quia igitur virtutes omnes per actus suos ordinant hominem in ultimum bonum: consequens est quod aliter considerentur et accipiantur virtutes theologice a theologis et aliter virtutes intellectuales et morales a philosophis de quibus dicitur considerant. sicut et aliter ab his et ab illis ultimum bonum accipitur et dignoscitur. unde quia philosophus considerat de virtutibus secundum quod ordinant ad ultimum finem et bonum humanis viribus proportionatum quemcumque habitum invenit elicentem bonum actum ad tale ultimum bonum per se ordinatum: vocat habitum virtutis siue sit in parte intellectiva ut scientia intellectus et reliqui intellectuales habitus: siue sit in parte affectiva ut temperantia fortitudo et alie virtutes anime morales. theologus vero quia considerat et accipit virtutes secundum quod perficiunt potentias anime et earum actus bonos reddunt in ordine ad ultimum bonum quod est nature hominis facultatem excedens: appellat habitum virtutis illum qui actum elicit directe et immediate ordinatum et tendentem in bonum ultimum quod est deus. ex eo igitur habitus theologicus habet rationem virtutis: ex quo habet quod eliciat actum immediate ordinatum in ultimum bonum ipsum ut proprium obiectum attingentem. unde in proposito nostro ex eo habitus fidei habet rationem virtutis ex quo habet quod eliciat actum bonum immediate attingentem ultimum bonum quod est deus. potest autem considerari duplex actus elicitus per habitum fidei. unus actus est cognitio veri. alius actus est assentire vero cognito. cognitio veri que est per fidem: non habet bonitatem et perfectionem actus cognitiivi cum sit obscura et enigmatica ac per hoc imperfecta. iuxta illud apostoli prima Corin. 13. videmus nunc per speculum in enigmate. est enim fides habitus non apparentium ut idem apostolus dicit Iherosolymorum. 11<sup>o</sup>. unde consequens est quod actus cognitionis veri per habitum fidei elicitus: non sit per se bonus actus intellectus qualis esse debet actus virtutis. siquidem actus virtutis oportet quod sit actus perfectus. nam virtus secundum philosophum. 7<sup>o</sup>. phy. perfectio quod dicitur est. unde

potentiam facit perfectam et opus eius perfectum reddit. est enim virtus dispositio perfecti ad optimum. scilicet actum ut philosophus inquit. sequitur ergo quod habitus fidei non habet rationem virtutis per hoc solum quod elicit actum cognitionis veri circa proprium obiectum. oportet igitur quod habeat rationem virtutis in eo quod elicitiuus est actus secundum qui est assentire vero. hic enim actus fidei: bonitatem habet virtutis et perfectionem. dicitur enim perfectus assensus alicuius veri: qui omnimodam habet firmitatem et inhesionis certitudinem ita ut nihil dubitationis vel opinionis in contrarium se cum patiat. talis autem est fidei assensus pro eo quod inuitur sicut cause: summe et prime veritati que infallibilis est et a qua omnis firmitas et certitudo veritatis deriuatur. cum autem in precedentibus et subsequens dicimus actus fidei vel habitum fidei elicere actum: intelligimus cum habitu fidei simul et potentiam intellectus quam informat eo quod potentia et habitus unum principium constituunt eiusdem actus: quemadmodum materia et forma in corporalibus prout dictum fuit in questione precedente.

**¶ Secundo** <sup>¶</sup> Notandum est quod certitudo cognitionis potest ex duplici causa provenire. quandoque quidem provenit ex ipsa evidentia et manifestatione rei cognite. et isto modo scientia et intellectus et sapientia ponuntur a philosopho. 6. ethi. et primo postea. certitudinem habere. quandoque vero provenit certitudo cognitionis et firmitas inhesionis et imperio voluntatis mouentis intellectus ad assentiendum his que non plene videt: et talis certitudo est certitudo fidei. unde Bernardus dicit quod fides est voluntaria quedam et certa prelibatio nondum pro palata veritatis. **¶** Ad horum autem intellectum considerandum est prout. S. Tho. deducit de veri. q. 14. ar. 1. quod credere quod est actus proprius fidei non habet locum in prima operatione intellectus que est simplicium intelligentia ut dicitur in 3. de anima: cum in ea non inveniatur verum per se aut falsum sicut nec in vocibus incomplexis: sed pertinet ad secundam operationem qua intellectus componit et diuidit affirmando et negando. in ista enim operatione: verum et falsum reperitur sicut et in voce complexa que est eius signum. credere autem importat verum vel falsum. credimus siquidem recte vera et discredimus falsa. et per consequens assensus vel dissensus qui consequuntur compositionem et diuisionem seu affirmationem et negationem. assensus autem et dissensus non fit sine determinatione intellectus. intellectus vero possibilis quod est de

se non magis determinatus est ut adhereat compositioni quam diuisioni vel e contrario sed ad utrumque est indeterminatus. id autem quod est indeterminatum ad duo vel plura: non determinatur ad unum eorum nisi per aliquod mouens. intellectus vero possibilis a duobus mouetur. scilicet a proprio obiecto quod est quod quod est. prout philosophus dicit in 3. de anima. et a voluntate que mouet omnes alias potentias anime ad suos actus. secundum hoc igitur quod intellectus possibilis aliter et aliter mouetur ab his mouentibus: aliter et aliter se habet respectu partium contradictionis. quandoque enim non magis inclinatur ad unum quam ad aliud propter defectum mouentium sicut in illis phlegmaticis de quibus rationes non habemus. vel propter apparentem equalitatem eorum que mouent ad utramque partem: et illa est dubitatio dispositio que fluctuat inter duas partes contradictionis. quandoque vero intellectus magis inclinatur ad unum quam ad alterum: sed tamen illud inclinans non sufficienter mouet intellectum ad hoc quod determinet ipsius ad unam partem totaliter. unde accipit quidem unam partem: tamen semper dubitat de opposita. et hec est dispositio opinantis qui accipit unam partem contradictionis cum formidine alteri. quandoque vero intellectus possibilis determinatur ad hoc quod totaliter adhereat uni parti. sed hoc est quandoque ab intelligibili quandoque a voluntate. ab intelligibili quidem: quandoque mediate quodque immediate. immediate quidem: quando ex ipsis intelligibilibus statim veritas propositionum et intelligibilem infallibiliter apparet. et hec est dispositio intelligentis principia que statim cognoscuntur notis terminis ut philosophus dicit. et sic ex ipso quod quod est: intellectus determinatur ad huiusmodi propositiones. mediate vero quando cognitio diffinitio terminorum: intellectus determinatur ad alteram partem contradictionis virtute primorum principiorum et ista est dispositio scientis. quandoque vero intellectus non potest determinari ad alteram partem contradictionis neque statim per ipsas diffinitiones terminorum sicut in principijs: nec virtute principiorum sicut in conclusionibus demonstratis est: determinatur autem per voluntatem que eligit assentire uni parti determinate et precise propter aliquid quod est sufficiens ad mouendum voluntatem non autem ad mouendum intellectum ut potest quod videtur bonum vel conueniens huic parti assentire. et ista est dispositio credentis ut cum aliquis credit dictis alicuius hominis quod videtur decem ei et utile. et sic etiam mouemur ad credendum dictis diuinis in quantum nobis re promittitur si crediderimus premium vite eterne. et hoc primo

mouetur voluntas ad assentiendum his q̄ dicunt per fidem: quāvis intellectus non moueat p̄ ali- quid intellectum. et ideo dicit Augustin⁹ super illud Joā. 6. nemo p̄t venire ad me nisi pater qui misit me traxerit illuz: q̄ cetera potest homo nolens: sed credere nō nisi volens. Patet igitur ex p̄missis q̄ dubitans non habet assensum cū non inhereat vni parti plus q̄ alteri. similis etiā nec opinans cū non firmetur eius conceptio cir- ca alteram partem. assentire nāq̄ a sententia di- citur. sententia autem vt dicit ysaac et Auicena est conceptio distincta et certissima alterius par- tis contradictionis. intelligēs vero habet assen- sum quia certissime alteri parti inhereat. non ha- bet autem cogitationem: quia sine aliqua colla- tione determinatur ad vnum. sciens vero habz cogitationem et assensum terminantem cogita- tionem. ex ipsa enim collatione principioruz ad conclusiones: assentit cōclusionibus resoluendo eas in p̄cipia: et ibi figitur motus cogitationis et quietatur. in scientia enim motus rationis in- cipit ab intellectu principioꝝ et ad eundem ter- minatur per viam resolutionis. et sic non habet assensum et cogitationem quasi ex quo. sed cogi- ratio inducit ad assensum et assensus quietat co- gitationem. sed in fide est assensus et cogitatio quasi ex quo. non enim assensus ex cogitatione causatur: sed ex voluntate vt dictum est. sed qz intellectus non hoc modo determinat ad vnuz vt ad p̄p̄tū terminū pducatur qui ē visio alicuius intelligibilis: inde est q̄ ei⁹ mot⁹ nondū ē q̄tat⁹ sed adhuc habet cogitationē et inq̄sitionē d̄ his q̄ credit. quāvis enī firmissime assentiat quantū est de seipso: nō tamen ē ei satisfactū nec est ex se determinat⁹ ad vnu sed determinat t̄m ab extri- seco. et inde est q̄ intellect⁹ credētis dicitur esse captiuat⁹ qz tenet terminis alienis et nō p̄p̄is dicēte apostolo. 2. ad Cor. 10. in captiuitatem redigētes omnē intellectū. inde est q̄ etiā in cre- dēte pōt insurgere mot⁹ de cōtrario hui⁹ qd̄ fir- missime tenet quāvis nō intelligēte vel sciente. sicigif p̄ assensum separaf credere ab opatione quā intellect⁹ formas inspicit id est quidditates: et a dubitatione et ab opinione: p̄ cogitationē vero ab intellectu. sed p̄ hoc q̄ habet cogitationē et assensum q̄si ex quo: etiā a sciētia separaf. Et Pa- tet igit ex p̄missis q̄ certitudo et firmitas assen- sus fidei nō est ex euidētia obiecti aut ex clarita- te cognitionis sed ex imperio et determinatio- ne voluntatis. ex quo vltari⁹ sequit q̄ rō virtutis puenit habitui fidei: nō ex parte eius quod p̄ti- net ad intellectū p̄cise sed magis ex parte vo-

luntatis q̄ vt supra dictuz est facit id qd̄ p̄fectio- nis est in fide. s. firmitatē inhesionis et certitudi- nem. vt enī. S. T. dicit d̄ veritate loco p̄xime al- legato ad. 5. m. fides habet aliqd̄ p̄fectionis et ali- quid ip̄fectionis. p̄fectionis quidez est ipsa fir- mitas que pertinet ad assensuz: sed ip̄fectio- nis est carentia visionis.

**Tertio** Notādū est. put. S. Tho. deducit. 2. 2. q. 4. ar. 2. in cor. Et de veri. q. 14. ar. 6. in cor. q̄ ad perfe- ctionē act⁹ qui ex duobus actiuis principiis p̄ce- dit: requirit q̄ vtrūq̄ actiuoz p̄ncipioꝝ sit p̄fe- ctū. nō enī bene pōt secari: nisi et secās hēat artē et serra sit bene disposita ad secādum. dispositio aut ad bene agēdum in illis potētis anime q̄ se habēt ad opposita: ē hit⁹. et ideo oportet q̄ act⁹ p̄cedēs ex duab⁹ talib⁹ potētis sit p̄fect⁹ habitu aliq̄ p̄cristēte in vtraq̄ potētiaruz qd̄ apparet tā in virtutib⁹ moralib⁹ q̄ intellectualib⁹. p̄fecta enī cognitio cōclusionū qz ex duob⁹ dependet. s. ex intellectu p̄ncipioꝝ et extrōne deducēte p̄nci- pia in cōclusiones: ideo vtrūq̄ exigit p̄fectū. siue enī aliquis circa p̄ncipia erret vel dubitet siue in ratiocinando deficiat aut vim ratiocinationis non cōprehēdat: nō erit in eo p̄fecta cōclusionū cognitio. et p̄ cōsequēs nec in eo erit sciētia q̄ vir- tus intellectualis est. patet etiā id in moralibus. nā rect⁹ et bon⁹ act⁹ potētē cōcupiscibilis ex rō- ne et ipsa cōcupiscibili potētia depēdet. vnde si ratio non sit p̄fecta p̄ prudētiam et cōcupiscibilis p̄ tēperantiam: act⁹ cōcupiscibilis p̄fect⁹ non erit: ac p̄ hoc nec act⁹ virtutis. dictū aut est supra q̄ crede- re est act⁹ intellect⁹ fm q̄ mouet a voluntate ad assentiēdū. ac p̄ hoc et a voluntate et ab intelle- ctu dependet: quozū vtrūq̄ natum ē p̄ habitum perfici. oportet ergo q̄ tā in voluntate q̄ in intel- lectu sit aliquis habitus si debeat actus fidei eē p̄fect⁹. habit⁹ aut p̄ficiēs voluntatem fm q̄ mo- uet intellectuz per fidem ad actuz credendi res- pectu vltimi finis et boni supnaturalis: est chari- tas. vñ oportet q̄ act⁹ credendi et ab intellectu p̄ habitū fidei et a voluntate per habitū charitatis p̄fectionē habeat ita q̄ sine vtriusq̄ perfectione perfectus complete non sit. Et confirmat. qz ab eo actus recipit p̄fectionē: a quo hēt sp̄m. actus autē voluntarij speciē habēt a fine. put. S. T. de- ducit p̄ 2. q. 18. ar. 4. et. 6. cū ergo credere sit maxime act⁹ voluntarij qz vt ē sup̄ inductum ex verbis Augustini sup̄ illud Joā. 6. nemo pōt ve- nire ad me nisi p̄ q̄ misit me traxerit euz: cetera pōt homo nolēs: credere aut nō nisi volēs. Et in de p̄destinatione sanctoruz dicit q̄ fides est i cre-

dentium voluntate. sequitur ergo qd spēz et pfectionē trahat ex fine. finis autē fidei theologice quod est bonū diuinū: est propriū obiectū charitatis q̄ perficit volūtatē in ordine ad ip̄m. conseq̄s ergo est qd act⁹ fidei q̄ est credere: pfectionē quandā habet ex ordine ad bonū diuinū sicut ad vltimū finē ad quē mouet volūtas charitate perfecta. huiusmodi autē pfectionez non haberet actus fidei: nisi volūtas mouēs esset charitate perfecta. Facit ad ista qd. S. T. dicit in hac dif. q. 3. ar. p̄. sub ar. p̄. in cor. vires inquit mote a voluntate: duo ab ea recipiūt. p̄mo formā aliquā ipsius fm̄ qd omne mouēs et agēs imp̄mit similitudinē suā in motis et patientib⁹ ab eo. hec autē forma vel est fm̄ ppriā formā ipsi⁹ volūtaris q̄ est libertas inq̄m omnes vires a voluntate mote libertatē ab ea participant. vel est fm̄ habitū volūtatē pficiētē qui est charitas. et isto modo omnes habit⁹ qui sunt in virib⁹ motis a volūtate charitate perfecta participāt formas charitatis. hec tamē forma quā vires mote a voluntate participant: est omnibus cōmunis. vnde p̄ter eam habit⁹ qui sunt pfectiones ipsaz viriuz hnt̄ speciales formas fm̄ qd congruit potentie quam perficiunt per comparationem ad act⁹ et obiecta. secundo recipiunt a voluntate consummationem in fine. et sic charitas dicitur finis aliarum virtutum inq̄m per eam fini vltimo coniunguntur. qz ergo fides vt dictum fuit: est i intellectu fz qd mouetur a voluntate: ideo per charitatē que est perfectio voluntatis formatur forma cōmuni sibi et alijs virtutibus. hec ille.

**Quarto** Notādū ē qd sicut Augustin⁹ dicit in libro de p̄destinatione sanctorū: credere qui est act⁹ fidei est cum assensione cogitare. huiusmodi autem cogitare non dicit actū virtutis cogitative. put S. T. exponit 2<sup>a</sup> 2<sup>e</sup>. q. 2. ar. p̄. in cor. et ad. 2<sup>m</sup> sed dicit actū intellect⁹ deliberantis seu inq̄rentis nondū habentis plenā veritatis visionē quāuis firmū habeat ei⁹ quod credit assensuz. vnde actus credēdi per hoc qd est cogitare. i. imperfecte et cum inquisitione cognoscere: distinguitur ab actu scientie et ab actu intellectus q̄ perfectā dicunt cognitionem. distinguit̄ vero ab actu opinionis per hoc qd credens firmiter absqz formidine alteri⁹ partis adheret ei qd creditur. ita qd per firmā inbessionē cōuenit cum actu intellect⁹ et scientie. et per imperfectā cognitionē conuenit cum dubitatē suspicātē et opinātē. inquisitio autē quam act⁹ credēdi implicat: non est inq̄sitio rationis naturalis demonstrantis id quod credit̄

sed est inquisitio quedā eorū per que inducitur homo ad credendū sicut qz sunt a deo dicta vel per dei ministros predicata et miraculis confirmata. Ex quib⁹ colligim⁹ qd habitus fidei a deo infuse ad duo disponit et habilitat intellectū circa id quod credit̄. i. ad quandā ipsi⁹ intellectiōnem: et ad firmiter ei assentiēdū. Sed cōsiderādum est. put. S. T. notat 2<sup>a</sup> 2<sup>e</sup>. q. 8. ar. 2. i cor. qd intelligere ea de quib⁹ est fides: dupliciter pōt accipi. vno modo vt intelligant̄ pfecte q̄m ad eorūz essentiā. et isto modo habitus fidei non perficit aut disponit intellectū ad intelligēdū id qd creditur. alio modo intelligere illa pōt accipi imperfecte quādo. i. essentia rerum credibilū aut veritas. ppositionis non cognoscit quid sit aut quomodo sit: et tamē cognoscit d̄ eis qd credēda sunt et opposita illis nullaten⁹ sunt pro veris admittēda. et isto modo habit⁹ fidei disponit et pficit intellectū credētis ad intelligēdū id quod creditur. vt enī. S. T. dicit. 2<sup>a</sup> 2<sup>e</sup>. q. p̄. ar. 4. ad. 3<sup>m</sup>. lumen fidei facit videre ea que credunt̄. nō enī vt ip̄e ibi dicit ad. 2<sup>m</sup>. homo crederet aliqua nisi videret ea esse credēda. huiusmodi autē intellectio seu cognitio directe et per se causatur ex ip̄a veritate prima q̄ infallibilis est tanq̄ ex prima causa. et ex ipso habitu fidei inq̄m per infusionē a deo qui est ipsa prima veritas: rationem et virtutem prime veritatis participat eo modo quo ratio et virtus artis ab instrumēto participatur per motionem ipsi⁹ ab artifice. vnde et discretio credendorū. i. que sint credenda et q̄ nō: puenit homini per lumen fidei quēadmodum discretio spiritū per gratiam aliquam gratis datam. homo enī lunē fidei habens: his que sunt contra fidem nō consentit. notat hoc. S. T. dif. sequēte q. p̄. ar. 3. sub ar. 2. ad. 3<sup>m</sup>. inuaf tamē intellect⁹ credentis ex aliquibus creatis vt ex miraculoz signis et ex predicatorū doctrina et quandoqz etiam ex quibusdam rationibus humanis quib⁹ manuducitur homo quasi quibusdam pbabilib⁹ persuasionib⁹ ad intelligēdū id qd credit̄: vere esse credendū. verū tamē ista omnia iuuamenta nequaq̄ sufficiūt ad causandū p̄dictaz cognitio-nem rei credibilis nec ipsius firmū assensum sine habitu fidei a deo infuso. quod ex eo euidentis est quia videntium vnum et idem miraculuz et audientium eandem predicationem etiā a sūmo et veracissimo predicatorē. i. xp̄o: quidam in eū et his q̄ ab ipso dicebant̄ crediderunt et alij nō crediderunt. quod etiam erga missos a christo predicatorē et doctores nouimus contigisse. quamobzē fides et eius actus credēdi: p̄cipa

liter per se et directe non ab alio esse potest q̄ a deo mentem credentis interius mouente et ad credendum inclināte per fidei infusionem. ideo apostol⁹ p̄ Paulus virtutē fidei in semetipso exp̄tus nec muneri diuino ingratus: vtrūq; clamat a deo hominibus gratis esse donatum et fides ⁊ ipsius actus credēdi. ait enim Ephe. 2.º. gra enī estis saluati per fidē et hoc non ex vobis. dei enī donum est non ex operibus vt ne quis glorief. ipsius enī sumus factura creati in xp̄o Iesu. vbi super illud creati: dicit glosa et est Augustini ad bonifacium. non ea creatione qua homines facti sumus: sed ea de qua ille dicebat qui iam vtiq; homo erat. cor mundum crea in me deus. significans q̄ apostolus loquitur de creatione regenerationis que est per fidem. Itē phil. 2.º. vobis dicitur donatū est pro christo non soluz vt i eū credatis: sed vt etiam p̄ illo patiamini. que verba Augustin⁹ tractās libro p̄mo de predestinatione sanctoꝝ inquit. vtrūq; ostendit apostol⁹ esse dei donū: q̄ vtrūq; dixit esse donatū. nec ait vt plenius et p̄fectius credatis in eum sed vt in eū credatis. nec seipsuz misericordiā cōsecutū vt fidelior: sed vt fidelis esset. q̄ sciebat nō se initiuz fidei sue p̄ore dedisse deo ⁊ retributuz sibi ab illo eius augmentum: sed ab eo se factum fidelem a quo et apostolus factus est. et parū infra. q̄s enī non videat prius esse cogitare q̄ credere: null⁹ quippe credit aliquid nisi pri⁹ cogitauerit esse credendum: q̄q; et ipsum credere nihil aliud est q̄ cum assensione cogitare. si ergo non sumus idonei cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis met ipsis s̄m doctrinam apli s̄ sufficiētia n̄ra ex deo ē p̄fecto nō sum⁹ idonei credere aliqd̄ quasi ex nobis met ipsis quod sine cogitatioe nō possum⁹: s̄ sufficiētia n̄ra qua credere incipiam⁹ ex deo est.

**¶ Quinto** Notandū est q̄ fidei theologicę de qua nūc loq̄mur aliqui effect⁹ conueniunt ex ratione sui generis inq̄m. s̄. est habitus: et aliqui ex ratione specifica scilicet ex ratione fidei. ex ratione quidem generis habet fides q̄ intellectū disponat ⁊ habilitet ad hoc q̄ prompte et faciliter ac delectabiliter credat ea de quibus est fides. huiusmodi enī modus agēdi cōmunis est omni habitui. put deductū fuit in questione precedente. ex rōne vero specifica inq̄m. s̄. fides theologica est: habz q̄ intellectū credentis disponat et eleuet vltra vires nature sue vt tendat et suo modo respiciat deum sicut obiectum supernaturale s̄m. s̄. q̄ deo cōueniunt aliqua naturalem hominis cognitio-

nem excedētia. ita q̄ formalis rō obiecti fidei est deus qui est veritas p̄ma supernaturalit̄ mouens intellectum credentis. ex quo habet consequenter q̄ in nullā aliam rem fides suo actu credendi tendit nisi s̄m q̄ sub p̄ma et diuina veritate cadit. vnde fides theologica diuine veritati innititur tanq̄ medio et obiecto formali quo omnia de quibus fides est probant̄ esse vera. et ex hoc vltorius fidei habitus habet q̄ intellectū perficit et firmat ad assentiēduz illis que diuina veritate et auctoritate in scripturis sacris et doctrina ecclesie manifestantur. perficit deniq; fides illustrādo intellectum suo lumine diuino ex ipsa sui infusione participato ad cognoscendum que vere credenda sunt et fidei consona et q̄ nō sunt credenda sed refutanda tanq̄ vere fidei repugnantia. huiusmodi enī discretio propria est habitus fidei ex qua vltori⁹ habet q̄ fidei nō p̄t subesse falsuz. vnde. S. Tho. in hac dis. q. 2. arti. 3. sub ar. 3. ad vltimū. Ad. 3. inquit dicēdū q̄ hoc q̄ fides non errat sed semper verum dicit non est ex p̄fecto modo intelligendi sed magis ex alio quod est extra itellectū. s̄. ex infallibili ratione q̄ dirigit volūtātē. **¶** Ex quibus inferimus q̄ fides acquisita aut quicūq; alius firmitatis as sensus ex propria estimatione vel ex quibusuis alijs adimniculis causata: sup̄plere non potest vicem fidei a deo infuse etiam informis. nam non potest se extendere ad perficiendum et firmandum intellectum hominis q̄m ad omnes effect⁹ fidei infuse sup̄a memoratos. vnde licet hereticus firmiter assentiat quibusdam veris articulis ita vt etiam paratus sit pro eorum confessione mortem subire: non sic perfecte et ea certitudine ac firmitate illis adheret quemadmodum fidelis per habitum fidei sibi a deo infusum. cum enim hereticus non nisi lumine naturali et humanis persuasionibus ac propria estimatione illis assentiat que vera credit: nequa q̄ potest ea certitudine ac firmitate nec ita prompte et delectabiliter illa credere quemadmodum fidelis diuino lumine per habitum fidei illustratus et diuina auctoritate ac probationibus a prima veritate derivatis edoctus. habet enim fidei habitus ex participatione diuine veritatis a qua per sui infusionem derivatur quandam vim firmandi et certificādi intellectū de his q̄ sunt fidei. ita vt multo certi⁹ et firmi⁹ illis assentiat fidem habens: q̄ quicūq; p̄hs assentiat conclusionibus per habitus intellectuales humanit̄ acquisitos quanto lumen diuinum lumen naturalis rationis p̄cellit: et efficacia dei docentis et reue-

lantis prefertur virtuti et efficacie hominis do-  
centis: cū eadē cognitionis veritas in discipulo  
sit que ē in docēte. put. S. Tho. notat loquēs de  
pphēcia 2<sup>a</sup> 2<sup>c</sup>. q. 171. ar. 6. nā cognitio addiscē  
tis similitudo quedā est cognitionis in docēte: si-  
cut in rebus naturalib<sup>9</sup> forma generati quedam  
est similitudo forme generātis. vii. S. T. 2<sup>a</sup> 2<sup>c</sup>.  
q. 5. ar. 2. ad. 2<sup>m</sup>. fides inquit q̄ est donū gratie  
inclinat hominē ad credendū fm̄ aliqū affectū  
boni etiā si sit in formis. et. q. 6. ar. p<sup>o</sup>. in cor. cū p  
baret miraculū vel hominis psuasionem nō esse  
causam sufficiētem ad his q̄ fidei sunt assentiēdū  
subiungit. et ideo oportet ponere aliā causam in  
teriorē que mouet hominē ad assentiēdū his q̄  
sunt fidei. Et hanc causam cōcludit in fine. cor.  
esse fidē q̄ est a deo interiorius mouēte p gratiam.  
et hoc ipsum voluit sentire. S. Tho. in hac disti.  
q. 3. ar. 3. sub ar. 2. ad. 2<sup>m</sup>. cū dicit q̄ habit<sup>9</sup> fidei  
cū non rationi innitatur: inclinatur p modū nature si-  
cut et habit<sup>9</sup> moralium virtutū et sicut habit<sup>9</sup> p̄-  
cipioꝝ quoz inclinatio ē ex quadā interiori mo-  
tione a sup̄iori causa. Ad qd̄ facit qd̄ dicit 2<sup>a</sup> 2<sup>c</sup>.  
q. p<sup>o</sup>. ar. 4. ad. 3<sup>m</sup>. sicut enim inquit p alios habi-  
tus virtutū homo videt illud quod ē sibi conue-  
niens fm̄ habitū illum: ita etiā per habitū fidei  
inclinatur mēs hominis ad assentiēdū his q̄ cō-  
ueniunt recte fidei et non alijs. q̄ ergo heretic<sup>9</sup>  
quosdā articulos discredens alijs fidei articulis  
ita firmiter videatur assentire vt paratus sit p  
eorum assertionem mortem subire: non est causa  
qz sic pro certo videat illos esse credendos quē-  
admodum fidelis per fidei infusam idipsuz cog-  
noscat: sed quia propria voluntate sue opinioni  
plurimum adheret. quemadmodum et pro ab-  
negatione articulorum quos non credit: etiam  
mori paratus est. et constat q̄ non est sic parat<sup>9</sup>  
eo q̄ pro certo videat non esse credendos quia  
quod falsum est: pro certo videri non potest: sed  
sola proteruita sue voluntatis qua propriam o-  
pinionem qualitercūqz defendere vult. vnde et  
heresis vt cōmuniter: ex superbia oritur qua he-  
reticus propriam sententiam veram vel falsam  
defendere pretēdit prout ex interpretatione no-  
minis habetur ex dicti Iheronimi super episto-  
lam ad Galatas. Quod autē. S. Tho. dicit in  
hac distinctione. q. 3. articulo. 3. sub articulo. 2.  
q̄ assentire eis que credenda sunt potest homo  
ex ipsa estimatione sine habitu infuso: d̄bet intel-  
ligi de assensu imperfecto vt ex serie littere patet  
non de perfecto.

**Sexto** Notandū ē. put. S. Tho. d  
ducit in hac disti. q. 2<sup>a</sup>. ar.

2. sub arti. 3. in cor. q̄. certitudo nihil aliud ē q̄  
determinatio intellectus ad vnum. vnde tanto  
maior est certitudo quanto est fortius id quod  
determinationem causat. determinatur autem  
intellectus ad vnum tripliciter. in intellectu enī  
principioꝝ causatur determinatio ex hoc q̄ p  
lumen naturale intellectus aliquid sufficienter  
inspicitur. in scientia vero conclusionū causat  
determinatio intellectus ex hoc q̄ conclusio per  
actum rationis in principia per se visa resoluit.  
in fide vero certitudo causatur ex hoc q̄ volun-  
tas intellectui imperat q̄ se ad assentiēdū his  
que sunt fidei determinet. mouetur autem vo-  
luntas ad id imperandum vt ipse doctor sanct<sup>9</sup>  
inquit sub arti. p̄mo eiusdem. ar. ppter aliquam  
rationem qua bonum videtur illis esse assentiē-  
dum: quāuis ratio illa s̄ se precise ad intellectū  
determinandū non sufficiat propter intellect<sup>9</sup>  
imbecillitatem qui non videt per se id cui assen-  
tiendum iudicatur nec ipsuz ad principia per se  
nota resoluerē valet. ratio autem qua intellect<sup>9</sup>  
iudicat esse bonum his que fidei sunt assentire  
quamuis eorum evidentiam non habeat: est qz  
eorum veritas a veritate prima que infallibilis  
est derivatur et auctoritate diuina ac reuelatio-  
ne nobis est tradita per christum primum et p̄-  
cipuū doctorem et per eius ministros prophe-  
tas et apostolos. q̄ autē intellectus in hanc cog-  
nitionem deueniat: habet precipue ex habitu fi-  
dei qui vt p̄missum est habet vñ mentem cre-  
dentis illustrandi et edocendi q̄ ea que fide in  
sacra scriptura et per ecclesiam proponunt cre-  
denda: a p̄ma veritate et diuina auctoritate sunt  
tradita. nec ad hoc sufficienter et inconcusse per-  
cipiendum et credendum: sufficerent quicūqz ad-  
minicula exterius homini adhibita siue per do-  
ctrinam aut predicationem siue etiam per mira-  
cula in testimonium dicti facta vt in quarto no-  
tabili fuit deductum. ¶ Aduertendum tamē q̄  
Sanctus Tho. in p̄missis verbis que sumun-  
tur ex loco proxime allegato quibus dicit q̄ mo-  
uetur voluntas ad determinandum intellectū  
vt assentiat his que sunt fidei propter aliquam  
rationem qua bonum videtur ei illis adherere  
videtur attribuere volūtatī q̄ ipsa videat id est  
cognoscat bonum esse his que fidei sunt adhe-  
rere: cum tamen voluntatis non sit cognoscere  
sed in cognitum ab intellectu tendere. Quam-  
obrem considerandum est q̄ sicut philosophus  
docet primo libro de anima et. 2<sup>o</sup>. et. 7<sup>o</sup>. metha-  
motus et operationes sunt suppositoꝝ tanq̄  
agētū et mouētū. formis autē et partib<sup>9</sup> tribuitur

motus vel actio non tanq̄ agētib⁹: sed tanq̄ p̄i-  
cipijs quib⁹ agens agit et mouet. vnde proprie  
loquēdo nec intellectus intelligit sed est p̄ncipi-  
um quo intelligēs intelligit. nec voluntas amat  
sed est p̄ncipiū quo amās amat. et q̄ idē sup-  
positū est habēs intellectū et voluntatē: idem ē  
suppositum cognoscēs p̄ intellectū et amans per  
volūtātē. vnde cum dicitur q̄ intellectus p̄po-  
nit et ostendit volūtati p̄prium obiectum. s. bo-  
num: est impropria locutio vsu loquētū tollera-  
ta per figuram sine dochem posita parte pro to-  
to. est enim sensus q̄ intelligēs p̄ intellectū p̄po-  
nit et ostendit sibi volētū quod bonū est illi. ita  
q̄ homo ipse vt est intelligēs: cognoscit q̄d ē sibi  
bonū: et illud sibi ipsi vt volenti ostendit. et ipse  
idem vt est volēs appetit illud p̄ voluntatem et  
mouet intellectū. i. seipsum vt intelligentē circa  
bonum illud. vnde in proposito n̄o cum. S. T.  
dicit q̄ voluntas determinat intellectū ad assen-  
tiendū his que fidei sunt p̄pter aliquā rationē  
qua videt illis esse adherendū: ponit pars p̄ to-  
to. s. voluntas p̄ volente. est enim sensus dicti q̄  
voluntas. i. volēs determinat p̄ voluntatē intel-  
lectū. i. seipsum vt ē intelligēs ad assentiendū his  
que sunt fidei p̄pter aliquā rationem qua vo-  
luntas. i. volens videt nō inq̄m volens. i. non p̄  
voluntatē sed inquantū intelligēs. i. videt p̄ intel-  
lectū q̄ illis est adherendū. vnde talis est p̄ces-  
sus q̄ fidelis p̄ habitum fidei infusum p̄maxime  
videt seu cognoscit bonū esse his q̄ fidei sunt ad-  
herere eo q̄ a p̄ma veritate q̄ est infallibilis eo-  
rum veritas deriuat. hoc autē bonū quod habēs  
fidem cognoscit: p̄ponit voluntati. i. sibi ipsi vt  
habēti voluntatē: et tunc ipse fidē habens mor-  
tione predicta et alijs si que sunt: determinat  
inquantū est volēs. i. p̄ voluntatez seipsuz inq̄m  
est intelligēs ad assentiendū his q̄ fidei sunt. vnde  
licet volūtās non sit fm se cognoscēs: volens  
tamē est cognoscēs. et ideo p̄pter aliquaz rōnez  
quam attingit vt est intelligēs: p̄t inquantū ē vo-  
lens determinare se ad assentiendū q̄busdā fz q̄  
ē intelligēs. et ista fuit mēs. S. Doc. in p̄missis x̄b.



**Quantuz ad ar-**

ticulū quartū respōdēdū est ob-  
iectionibus aduersarioz. Et q̄-  
dē ad p̄mū Durādī p̄tra p̄mā  
p̄clusionē d̄r q̄ maior sūpra vlti-  
sicut iacet est falsa. solū enī habet veritatē d̄ vir-  
tutibus intellectualibus: non theologis. fides  
autem est virtus theologica non proprie intel-  
lectualis. vnde non oportet q̄ fides habeat ra-

tionem virtutis ex euidentia et conspiciuitate re-  
rum de quib⁹ est quemadmodū virtutes q̄ pro-  
prie dicuntur a philosophis intellectuales. et d̄  
hoc lati⁹ dictū fuit in primo notabili. ¶ Ad. 2<sup>m</sup>  
negatur minor. et ad eius p̄bationem dicitur q̄  
assumptū est falsum. nam ipsa cognitio veri p̄fe-  
ctionē quandā habet ex eo q̄ recte ordinatur in  
vltimū finē et est meritoria vltimi boni. hoc autē  
a charitate habet et non sine illa. et licet chari-  
tas perficiat volūtatem per modū informatio-  
nis: perficit tamē intellectū et ceteras potētias  
a voluntate imperatas per modū cuiusdam mo-  
tionis et imperij sicut et ipsa voluntas. neq̄ ob-  
stat q̄ charitas sit obiectiue extrinseca intellectu  
quoniā nec apud p̄hos nec apud theologos in-  
conueniēs reputat q̄ aliquid ex causis extrinsecis  
accipiat perfectionem. nam finis ⁊ efficiēs cause  
sunt extrinsece rerum a quibus tamē res suo mo-  
do perfici nemo etiā mediocriter doct⁹ negabit.  
¶ Ad. 3<sup>m</sup>. dicit q̄ procedit ex falso supposito q̄. s.  
causa q̄re virt⁹ moralis esse non p̄t sine prudē-  
tia nec ecōtra: sit q̄ vtraq̄ ex actib⁹ acquiritur.  
hoc autem falsum est. q̄m virtutes morales in-  
se esse nō possunt sine prudentia ⁊ charitate nec  
econtra put. S. Tho. pulchre deducit p̄ 2<sup>o</sup>. q.  
65. articulis. 2. et. 3. et tamē neutre virtutes ac-  
quirunt ex actib⁹ sed per infusione a deo. vnde  
vera causa cōnexiōis predicte alia ē quaz. S. T.  
assignat p̄ 2<sup>o</sup>. q. 88. articulis. 4. et. 5. q̄. s. cum  
virt⁹ moralis sit habit⁹ bene electiu⁹ eoz q̄ sunt  
ad finem: indiget prudētia que recte consiliatur  
et p̄cipiat de medijs in finem ducētibus. quos a-  
ct⁹ prudentia recte non p̄t habere sine virtute  
moralī per quaz sit homini cōnaturale recte iu-  
dicare de fine. q̄m qualis vnusquisq̄ est: talis fi-  
nis ei videtur p̄out p̄hs inquit. 3<sup>o</sup> ethi. sic igitur  
q̄ fides perficit et format per charitatem sine  
qua intelligit mortua fm sentētiā apostoli Za-  
cobi: ideo rationē virtutis absq̄ charitate non  
habet. q̄ virt⁹ est dispositio perfecti ad optimū.  
vnde fides quātū ad rationē virtutis a charita-  
te dependet quāuis nō quātū ad subam habit⁹.  
patet igit ex dictis in responsione ad. 2<sup>m</sup>. falsum  
esse q̄ act⁹ fidei perfectionē non recipiat a chari-  
tate in quo arguens fallit. ¶ Ad argumenta cō-  
tra secūdas cōclusionē. Ad p̄mū Scoti negat an-  
tecedēs loquēdo d̄ firmitate p̄fecta qualis habe-  
tur p̄ habitū fidei. et ad ei⁹ p̄bationē d̄r q̄ quā-  
uis ex puris naturalibus deus possit credi verax  
plus q̄ omnes creature: non tamē ex puris natu-  
ralibus sciri p̄t aut incōcūse credi q̄ deus sit a  
quo articuli sunt reuelati p̄serti ea certitudine

pra p̄mittit: sunt sapientia scientia et intellectus  
s̄m q̄ ponunt a philosopho virtutes intellectua-  
les. patet igitur ex vtriusq; verbis. S. Tho. q̄ cer-  
titudo intellectus non est cognitio aut veritas  
sed ex cognitione causat. vnde cum dicitur certi-  
tudo cognitionis et certitudo inhesionis: geniti-  
uus cōstruit trāsitue vel in vi ablatiui vt sit sen-  
sus certitudo q̄ ex cognitione et que ex inhesio-  
ne causatur. vel in vi genitiui vt sit sensus certi-  
tudo. i. firma determinatio cognitionis vel inhe-  
sionis. Quod autē. S. Tho. dicit loco p̄tine al-  
legato distin. p̄cedente sub. ar. 3. ad p̄mū q̄ cer-  
titudo scientie cōsistit in duobus. s. in euentu  
et firmitate adhesionis: debet intelligi aliter et  
aliter. nā in euentu cōsistit causatiue: in firmita-  
te vero adhesionis consistit substantialiter.

**Sexto** Notandū est q̄ cum. S. Tho. dicit fidem esse certiorē sciē-  
tia vbi allegatū est p̄ cōclusionē: accipit fidez et  
sciētiā. put simpliciter et s̄m se considerant. s. ex  
parte cause vtriusq; et quātū ad assensum. nam  
vnūquodq; iudicat simpliciter s̄m causam suam.  
causa autē fidei infuse est veritas diuina cui inni-  
titur q̄ est firmior et infallibilior q̄ ratio humana  
cui sciētia innitit. si vero cōsiderent fides et sciē-  
tia s̄m quid. s. ex parte subiecti: sciētia certior est  
fide eo q̄ intellect⁹ hominis qui est vtriusq; sub-  
iectum: plenius. i. intelligibilis apprehendit ea  
quorum est sciētia cum nō excedat facultatē ho-  
minis naturalem q̄ ea que fidei sunt q̄ naturale  
intellectus lumen excedunt. et inde est q̄ in cre-  
dente potest insurgere motus de opposito eius  
quod firmissime tenet: quāuis non intelligēte  
vel sciente. put. S. Tho. notat distinctione p̄ce-  
dente. q. 2. ar. 2. sub. ar. 3. ad. 2. Et magis ex-  
presse de veri. q. 14. ar. p̄. in cor. naz quāuis cre-  
dens firmissime assentiat hijs que credit: nō ta-  
men suo intellectui est satisfactum cū non attin-  
gat p̄prium terminū qui est visio obiecti intelli-  
gibilis. et ideo mot⁹ eius vt cogitationis vel in-  
quisitionis nō omnino est quietatus: licet q̄ ad  
assensum sit p̄ imperiū voluntatis captiuat⁹. p̄  
ut apostolus dicit. 2. Corin. 10. Sciendū tamē

q̄ maior certitudo sciētie q̄ fidel ex pte subiecti pōt intelligi intēsiue et extēsiue. intēsiue f̄z q̄ certitudo capis ex parte cognitionis et visionis. p̄ ut illud dicit certū apprehēdi ab intellectu: quod pleni⁹ et intelligibilis capis. extēsiue autē q̄ certitudo sciētie consistit in duob⁹. s. in visione seu euidētia et in firmitate adhesionis. certitudo vero fidei consistit i vno tm̄. s. in firmitate assensus et inhesionis. put. S. Tho. notat dis. precedēte q. 2. ar. 2. sub. ar. 3. ad p̄mū. sed si certitudo capiatur fm̄ firmitatē assensus quā magis directe implicat: fides certior est sciētia non solū ex parte cause sed etiam ex parte subiecti. et fm̄ hanc distinctionem intelligi debent verba. S. Tho. supra inducta ex. 2. 2. q. s. sciētia est certior fide ex parte subiecti. Unde eodē articulo ad. 2. m̄. cōcludit q̄ homo certior est de eo qd̄ audit a deo qui falli non potest q̄ de eo quod videt propria ratione que falli potest. Et ad. 3. m̄. dicit q̄ perfectio intellectus et sciētie excedit cognitionē fidei q̄ ad maiorē manifestationē: non tamen quantum ad certiorē inhesionem. eo q̄ sciētia et intellectus innitūt naturali lumini rationis quod deficit a certitudine verbi dei cui innititur fides. Et distinctione precedente loco proxime allegato in corpore p̄cludit sic. et ideo fides habet maiorem certitudinem quantum ad firmitate adhesionis q̄ sit certitudo sciētie vel intellectus quāuis in sciētia et intellectu sit maior euidētia eorū quibus assentit. Et ibidem ad. 2. m̄. inquit. sciens quātū ad duo recedit a dubietate magis scilicet extēsiue q̄ credēs. sed credēs fm̄ firmitatē adhesionis: magis recedit q̄ sciēs f̄z illa duo.



**Quantus ad ar-**  
ticulū quartū respōdendū est obiectiōibus in cōtrariū. Et q̄dem ad argumenta Aureoli cōtra p̄mā cōclusionē dicitur q̄ p̄cedunt ex falsa imaginatione q. s. S. Tho. ponat in euidētia vel esse nō visum esse formale rationem obiecti fidei ex parte ipsius rei qd̄ falsum est sicut in primo notabili patuit. vnde mēs S. Tho. sepe explicata in hac materia est q̄ veritas p̄ma est formale obiectū fidei in q̄m̄ ē p̄ma veritas. q̄ autem sit non visa aut nō apparēs est cōdicio nō ipsi⁹ p̄me veritatis f̄z se sed nisi in intellectus q̄ capere nō pōt in hac vita clare et euidenter id qd̄ est obiectū fidei. Et si dicatur q̄ veritas p̄ma nō est obiectū fidei nisi adiūcta p̄uatione nō visi vel nō apparētis: dicim⁹ q̄ hoc nullū incōueniēs est cū ipse habit⁹ fidei habeat etiā

adiūctā impfectionē et p̄uationē ac defectuz ex pte subiecti put deductū fuit in secūdo notabili. obiectū enī p̄p̄iū hirus defectiui et p̄uationē implicatis: oportet q̄ defectū et p̄uationē dicat in rōne nominis. vñ sicut habit⁹ fidei implicat aliquid p̄fectionis in q̄m̄ est lumē a deo infusum: et aliquid impfectionis in quātū impfecte recipitur in n̄fo intellectu: ita et fidei obiectū implicat p̄ se et formalit̄ aliqd̄ p̄fectionis respōdēs p̄fectioni fidei: et aliqd̄ ip̄fectionis. s. rōnez nō visi vñ nō apparētis respōdēs impfectioni fidei. et de hīs latius fuit dictū in p̄mo et secūdo notabili. Et p̄ hec patet respōsio ad. 5. m̄. qd̄ est Durādī. Ad 6. m̄. cōcedim⁹ totā deductionē. cōsonat enī doctrīne. S. Tho. verūtāme quāuis rō non visi se teneat ex parte fidē habit⁹: denominat tñ obz fidei denominatione extriseca in quātū terminat actū fidei. quē admodū esse verū et esse scitū denominat ab extriseco rē verā et scitā. Ad. 7. m̄. dicit q̄ procedit ex dicta falsa imaginatione q. s. nos dicam⁹ rōnem formale obiecti fidei p̄ se loquēdo cōrōnez nō visi vel nō apparētis. hoc aut falsum est vt dictū est supra. uno dicim⁹ q̄ id qd̄ credit et ipsa veritas p̄ma est per se obiectum fidei. ratio aut non visi est cōdicio denominās ipsū obiectū ab extriseco. s. a parte subiecti fidei. Ad. 8. m̄. dicit q̄ eo modo q̄ ratio nō visi pertinet ad obiectū fidei: omnia de quibus est fides habent attributionē ad illā. nā omnia q̄ fide credūtur sunt nō visa. Et p̄ dicta p̄z respōsio ad. 9. m̄. Ad argumēta Durādī cōtra secūdā cōclusionem Ad p̄mū patet respōsio ex his q̄ dicta sunt in tertio notabili. Ad. 2. m̄. dicit q̄ cōcursum fidei et sciētie in eodē subiecto: impedit incōpossibilitas apparentis seu euidētis et nō apparentis seu nō euidētis. et ad hui⁹ improbationē dicit q̄ non ē simile d̄ sole et luna: et de fide et de sciētia. quia quāuis lumē lune sit obscurū respectu luminis solis: non tamē est de sui ratione q̄ terminet ad obscurū. et ideo nō est incōpossibile q̄ lumē lune simul cōcurrat cū lumine solis ad efficiendū aliquid clarū. sed fides habet de sui rōne q̄ tendat pactum suum in obscurū et nō visum. ac per hoc non est cōpossibile q̄ simul concurrat cum sciētia in eodem subiecto: ita q̄ actus vtriusq̄ terminetur ad aliquid clarum. nam sicut dictum fuit supra in secundo et tertio notabili: eo ipso q̄ aliquod obiectum est clare visum: habet oppositam rationē ad fidei habitū et actū. vnde falsū est q̄ clarū et obscurū circa que sunt fides et sciētia: sint diuersi gradus eiusdeꝝ perfectionis quē admodum lumen solis et lumen lune quorum

unum est participatio alterius. nā quāvis lumē fidei aliquo modo illuminet mentem qz facit videri hijs que fidei sunt esse assentiendum: non tamē hec illuminatio est eiusdē rationis imo diversa specie cum illuminatione scientie: cum hec sit per medium demonstrationis et clarā rei visionem efficiat: illa vero sit per medium auctoritatis rei evidentiam non attingens. vnde respectu evidentie rei quam scientia importat: obscuritas fidei privatione dicit. ¶ Ad. 3<sup>m</sup>. dicitur qz arguens fallitur putans qz idem sit omnino aliquid tenere ex auctoritate divina: et per habitum fidei quod falsum est. nam credere seu tenere aliqd esse verum ex auctoritate divina: nō necessario implicat illud esse credenti non visum. nam vt in secūdo notabili deductū fuit ex dictis S. Tho. nihil phibet qz vn<sup>o</sup> homo eandē cōclusionē cognoscat p mediū pbabile simul et p mediū demonstratiū. sed credere aliqd p habitum fidei: implicat illud esse non visum credenti qd est incōpossibile ei quod p scientiaz scitur qd est necessario visum. vñ fidelis denuo acqrens scientiam qz de<sup>o</sup> est vn<sup>o</sup>: tenet eandē cōclusionē ex auctoritate divina simul cum scientia sed non p habitū fidei cui<sup>o</sup> actui repugnat qz sit circa aliquid visum aut scitum. et quāvis assensus ex auctoritate divina fuerit primo causatus p habitū fidei potuit tamē acquisita sciētia de eadem cōclusionē habitus fidei corrūpi manente assensu ex divina auctoritate simul cum scientia. ¶ Ad. 4<sup>m</sup>. dicit pmo qz pcedit ex falso supposito qz. i. sciētia et opinio differat ex parte medij tārūmodo. hoc autē falsum esse put deductū fuit in secūdo notabili. imo differat etiā ex parte subiecti sicut perfectū et imperfectū et ideo simul esse non possunt in eodē subiecto. nō enī scientia et opinio differunt tārūmodo qz opinio est p mediū pbabile scientia vero p mediū demonstratiū: sed etiā differunt qz opinio habet p subiecto pprio intellectū nō omnino determinatū ad id qd opinat sed formidantē seu dubitatem de ei<sup>o</sup> opposito. sciētia vero habet p subiecto pprio itellectū omnino determinatū et certificatū ex evidētia rei de eo quod scitur absqz vlla formidie de opposito. et pari modo differunt fides et sciētia non solum ex parte medij sed et ex parte subiecti ac per hoc incōpossibiles sunt in vno subiecto. Dicitur secundo falsum esse qz assensus dubius et assensus certus concurrant in vnum assensum certū evidentie. nam causalitas huius assensus certi repugnat dubio assensui opinionis. nec ex dubio et certo potest conflari aliquid certum omnino sicut nec ex

calido et frigido vel tepido potest causari aliqd simpliciter calidum. vnde argumentum pcedit ex falsis. ¶ Ad. 5<sup>m</sup>. dicit qz pcedit ex falsa imaginatione arguetis qua putat idem esse aliquid cognosci per medium probabile et cognosci per habitum opinatum. hoc autem falsum est sicut patuit in responsione ad. 3<sup>m</sup>. vnde vbi. S. Doc. cōcedit eandē cōclusionē posse cognosci p mediū probabile et per mediū demonstratiū: tenet qz scientia et opinio de eadē cōclusionē esse nō possunt simul in eodē subiecto sicut p<sup>o</sup>. 2<sup>o</sup>. q. 67 arti. 3. Cum autem arguens dicit qz doctrina cōmunis que est. S. Tho. alibi tenet qz opinio stare potest simul cum scientia demonstratiua: dī qz id nullibi inuenitur in secundo opere in quo. S. Doc. sententiā suam firmiter. verū est tamē qz in pmo ope vt in hoc. 3<sup>o</sup>. infra dis. 31. q. 2. ar. p<sup>o</sup>. sub arti. p<sup>o</sup>. ad. 4<sup>m</sup>. illō videt tenere. sed hijs qz scrip sit in. 2<sup>o</sup>. ope standū est. et maxime qz de veri. q. 14. ar. 9. ad. 6<sup>m</sup>. expresse dicit qz nō videt possibile aliqū de eodē simul hē sciētia et opinionē. qz opinio est cum formidine alteri<sup>o</sup> partis quam formidinē scientia excludit et qz simpliciter non est possibile qz sit de eadē fides et scientia. Clērū qz ad cōcordantiam dictoz posset dici qz in primo ope loco p allegato accepit differētiam opinionis et sciētie ex parte medij nō ex parte subiecti ex qua pte hñt incōpossibilitatē sciētia et opinio put apparet ex dictis ipsi<sup>o</sup> p<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>. q. 67. ar. 3. in cor. Vel potest dici qz. S. Doc. loquit de opinione et sciētia nō in eodē subiecto sed in diversis. ita qz opinionē et sciētiaz stare simul sit nō in eodē subiecto sed de eodē cognito. vel si intelligatur in eodē subiecto: debet accipi de eodē sed non hz idē. Accipiunt isti sensus ex doctrina phi pmo poste. caplo vltimo. et ex dictis. S. Tho. ibi in cōmento. ¶ Ad. 6<sup>m</sup>. dī qz pcedit ex eodem falso supposito sicut et. 4<sup>m</sup>. qz. i. scientia et opinio non aliter differat qz ex parte medij. hoc autem falsum ē vt ex respōsione ad. 4<sup>m</sup>. patuit. qd aut arguens exēplificando dicit qd assentire cōclusioni necessarie p mediū cōtingēs quod estimat eē necessario est opinari: falsum est quāvis sit cognoscere p mediū pbabile. nā opinari nō solū dicit assentire per mediū pbabile: sed simul cum hoc dicit assentire cum formidine de opposito: capiēdo formidinē p dubietate nō pro timore qui ē passio appetit<sup>o</sup> sensitivi. qui aut assentit cōclusioni necessarie p mediū cōtingēs qd estimatur necessariū: non assentit cum formidine de opposito imo absqz vlla formidine et dubitatione certitudinaliter assentit. et cum arguens querit quo habitu

id assentiar: dicimus q̄ nullo sed sola actuali falsa estimatione. non enim est necessarium q̄ omnis intellectus assensus procedat ex habitu sicut nec omnis operatio. alias nulle actiones procederent habitū et p̄ consequēs nullus habitus generaretur ex actibus quod p̄stat esse falsum. ¶ Ad 7<sup>m</sup>. patet responsio ex dictis. p̄cedit enim ex falsa imaginatione arguentis quasi idem sit omnino mediū pbabile et mediū scientificum cōcurrere ad eundem assensum: et sciētiam et opinionē. hoc autē falsum est vt ex supra deductis patet. ¶ Ad argumēta Durādi cōtra tertiā p̄clusionē. Ad p̄mū dicit q̄ assumptū est falsum. et ad eius p̄bationē negat maior. imo certitudo stare pōt cum falsitate. certitudo nāq̄ non est proprie et formaliter veritas neq̄ etiam cognitio veritatis sed firma determinatio intellectus ad aliquid. et de hoc dictum est lati<sup>9</sup> in q̄rto notabili. ¶ Ad 2<sup>m</sup>. respōdet. S. Tho. dis. p̄cedēte. q. 2. arti. 2. sub. ar. 3. ad. 2<sup>m</sup>. Et magis expresse d̄ veri. q. 14. ar. p̄. in cor. q̄ homo difficilius recedit a sciētia q̄ a fide: nō q̄ firmius adheret hijs q̄ sciunt q̄ hijs que fidei sunt: sed quia intelligibili<sup>9</sup> et euidenter illis adheret. ex qua euidētia prouenit q̄ intellectui sit satisfactum pertingendo ad p̄prium terminum qui est visio rei intelligibilis. et ideo motus eius vt cogitationis vel inquisitionis est omnino quietat<sup>9</sup>. quia vero firmitas adhesionis in fide non est ex euidētia rei que creditur sed ex ip̄erio voluntatis et ex inclinatione habitus fidei: ideo licet intellectus firmiter adheret hijs que sunt fidei magis etiaz q̄ hijs que sciuntur: motus eius qui est circa intelligentiam rei creditę non est ita omnino quietatus quemadmodum intellectus scientis. et propter hoc intellectus inquirens circa intelligentiam eorū que fidei sunt: nonnūq̄ falsis rationibus aut sophisticō sylogismo recedit ab his que creditur. patet igitur q̄ non ex minori firmitate adhesionis p̄tingit q̄ quis recedat ab his que fidei sunt plus q̄ a sciētis: sed propter occasionem dictam que non contingit in intellectu scientis. ¶ Ad. 3<sup>m</sup>. dicitur q̄ procedit ex falso intellectu quem arguens habuit in verbis Sancti Tho. nam cum Sanctus Tho. dicit fidem certiozem esse scientia f̄m se: non intelligit ly f̄z se id est ratione obiecti: sed ratione cause ex qua procedit infallibilitas fidei. que causa est mediū probandi fidei articulos. hec autem est veritas prima cui tanquam mediū per se et formaliter innitit fides. et quamuis idem re sit obiectum fidei et causa que est mediū probandi certitudinem

fidei: non tamen huiusmodi certitudo procedit ex obiecto sub ratione obiecti crediti sed sub ratione mediij probandi. et hoc consonat auctoritati phi primo de anima ab arguente inducte. vbi quod dicit f̄m certitudinem: exponitur f̄m qualitatem et modum procedendi que dependet ex medio non ex obiecto. vnde. S. Tho. dictum phi exponēs in cōmento inquit. sic ergo si consideret scientia seu actus eius ex obiecto: patet q̄ illa scientia est nobilioz que est meliozū et honorabiliozū. si vero consideret ex qualitate seu modo. s. p̄cedendi: sic sciētia illa est nobilioz que est certioz. hec ille. et subiungit. sed hoc est in quibusdā sciētis diuersum. qz alique sunt magis certe alijs: et tamen sunt de rebus minus honorabilibus. alie vero sunt de rebus meliozibus et magis honorabilibus: et tamen sunt minus certe. hec ille. Ex quibus patet q̄ non fuit mens S. Tho. dicere fidem esse scientia certiozem f̄m se: quia esset certioz ex parte obiecti sed quia certioz est ex parte cause que est mediū infallibile assentiendi. Et hoc manifeste apparet. 2<sup>o</sup> 2<sup>c</sup>. questione. 4. articulo. 8. Quod autem arguēs in fine concludit q̄ actus vel habitus nullo modo dicitur certioz nisi sit certioz quo ad nos: dicimus q̄ est verum capiēdo quo ad nos subiectiue vt sit sensus q̄ actus vel habitus non dicitur certioz nisi quia facit nos certiozes. si tamen intelligatur ly quo ad nos causatiue vt sit sensus q̄ certitudo actus vel habitus non causatur nisi ex parte nostra: falsum est. nec hoc sequitur ex auctoritate philosophi quam arguens induxit. Et per hoc patet responsio ad. 4<sup>m</sup>. ¶ Ad. 5<sup>m</sup>. patet responsio ex his que dicta sunt in quarto notabili. ¶ Ad. 6<sup>m</sup>. dicitur q̄ procedit de tendētia intellectus per actum intelligendi quod et nos concedimus sicut ex quarto notabili patet. nihil autem p̄bat de tendētia intellectus per actum assentiendi f̄m quem nos dicimus fidez esse certiozem scientia. ¶ Ad. 7<sup>m</sup>. respondet. S. Tho. 2<sup>o</sup> 2<sup>c</sup>. loco proxime allegato ad. 2<sup>m</sup>. q̄ ceteris paribus visio est certioz auditu. sed si ille a quo auditur multum excedit visum vidētis: sic certioz est auditus q̄ visus. sicut aliquis parue scientie magis certificatur de eo quod audit ab aliquo scientifico: q̄ de eo quod sibi f̄m suam rationem videtur. et multo magis homo certioz est de eo quod audit a deo qui falli nō potest: q̄ de eo quod videt propria ratione que falli pōt. ¶ Ad. 8<sup>m</sup>. respondet. S. Tho. in forma dis. p̄ce. questione. 2. arti. 2. sub. arti. 3. ad p̄<sup>m</sup>. q̄ certitudo fidei dicitur media inter certitudinē scientie

**Distinctio. xxvij. xxvij. xxix. et. xxx.**

et opinionis. non intensiue p moduz quantitatis continue: sed extensiue p modum numeri. certitudo enim sciētie consistit in duob<sup>9</sup>. s. in euidētia et in firmitate adhesionis. certitudo autez fidei consistit in vno tm̄. s. in firmitate adhesionis. certitudo vero opinionis. in neutro. quānis certitudo fidei de qua loquimur: quantū ad illud vnuz sit vehementior q̄ certitudo scientie q̄ ad illa duo. Et dīcēdum q̄ Hugo loquitur de fide q̄ opinio firmata rationibus humanis: non autem de fide infusa. hec. S. Tho. Ad argumentum ante oppositū respōdet. S. Tho. i hac disti. 24. arti. 2. sub. arti. p̄mo ad. 2<sup>m</sup>. q̄ termini p̄cipiorum naturaliter notoz sunt cōprehēsbiles n̄o intellectui. ideo cognitio que cōsurgit ex illis p̄cipijs est visio. sed nō est ita de terminis articuloz. vnde in futuro quādo de<sup>9</sup> videbitur per essentiam: articuli erūt ita per se noti et visifict modo p̄cipia demonstrationis. hec ille. Sed 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>. q. p̄ma. arti. 4. ad. 3<sup>m</sup>. breuius respondet q̄ lumen fidei facit videre ea que credūtur. sicut enim p̄ alios habitus virtutum homo videt illō quod est sibi conueniens fm̄ habitum illum: ita etiam per habitum fidei inclinatur mens hominis ad assentiendum his que cōueniunt recte fidei et non alijs. hec ille. Quod autē in p̄cipio dicit q̄ lumen fidei facit videre ea que credunt debet intelligi vt ipse exponit. arti. sequente ad p̄imum: id est q̄ facit videre ea esse credēda: nō q̄ faciat credibilia videri demonstratiue. Et in hoc articulus terminatur.



**Arcavi** gesimā septimā distinctionē vsq̄ ad trigessimam inclusiue querit̄ vtrum homo debeat ex charitate diligere deuz plusq̄ seipsum. et arguit q̄ non qz p̄hs dicit. 9<sup>o</sup>.

ethicorum q̄ amicabilia que sunt ad alterum venerunt ex amicabilibus q̄ sunt ad seipsum. sed p̄mū in quolibet genere est potissimū. ergo amor quem quis habet ad seipsum: est posterior amore quem habet ad alterum. et ita quisq̄ plus se diligit q̄ deum fm̄ naturā. et ita etiam fm̄ charitatem cum gratia naturam non destruat. Et in oppositum arguitur sic. quia finis est magis diligēdus his q̄ sunt ad finē. sed de<sup>9</sup> est finis oīm diligibiliū ex charitate. ergo ip̄e ē maxime diligēd<sup>9</sup>. Et in hac q̄stione erūt q̄ttuoz articuli vt supra.



**Arca** vigesimaz sextam distinctionem Joannes Lapoli mouet questionem vtrum spes sit virtus theologica. sed quia Durandus qui adducitur contra primaz conclusionem non

aduersatur doctrine. S. Doc. bene intellectis Durandi rationibus. nec iteruz obiectiones Scoti contra tertiam conclusionem sunt de mente ipsius imo ab eo soluentur: ideo placuit nobis hanc questionem omittere tanquā non necessariaz aut minus vtilē.



**Quantuz** ad ar-

ticulū primuz sit prima cōclusio q̄ charitas est virtus. hanc cōclusionē tenet. S. Tho. in hac 27. disti. q. 2. arti. 2. Et p̄ 2<sup>o</sup>. q. 62. arti. 3. Et. 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>. q. 23. arti. 3. Et in. q. de virtu. q. de charitate articulo. 2. Secunda cōclusio est q̄ obiectum charitatis est deus inq̄m̄ beatificatiuus vel beatitudinis obiectum. hanc conclusionem tenet. S. Tho. in multis locis vt p̄ma. p. q. 60. ar. 5. ad. 4<sup>m</sup>. Et. 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>. q. 23. ar. p̄. et. 4. in cor. Et. q. 26. arti. p̄. Itē in de vir. loco p̄allegato in cor. et in alijs multis locis. Tertia cōclusio est q̄ homo ex charitate p̄hs debet diligere deum q̄ seipsum. hanc cōclusionem tenet. S. Tho. in. 29. disti. hui<sup>9</sup> tertij. ar. 3. Et. 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>. q. 26. arti. 3. et pluribus alijs locis. Quarta cōclusio est q̄ charitas inclinatur ad amandum deum duplici amore. s. amicitie et concupiscentie. ad amorem amicitie per se et principaliter. ad amorem vero concupiscentie: ex consequenti. hanc conclusionem tenet. S. Tho. in

## Distinctionis.

xxvij. xxviij. xxix. xxx.

hac. 27. distin. q. 2. ar. p<sup>o</sup>. Et. 2<sup>a</sup> 2<sup>e</sup>. q. 26. ar. 3<sup>o</sup>. ad. 3<sup>m</sup>. Quinta conclusio est q<sup>uod</sup> in dilectione dei p<sup>oss</sup>it haberi quodam modo respectus ad mercedem. hanc conclusionem tenet. S. Tho. i. 29. distin. huius tertij. arti. 4<sup>o</sup>. Sexta conclusio est q<sup>uod</sup> in dei dilectione n<sup>on</sup> est modus adhibendus. hanc conclusionem tenet. S. Tho. in hac distin. 27. q. 3. arti. 3<sup>o</sup>. Et. 2<sup>a</sup> 2<sup>e</sup>. q. 27. arti. 6. Septima conclusio est q<sup>uod</sup> non omnes proximi sunt ex charitate equaliter diligendi. hanc conclusionem tenet. S. Tho. 29. distin. huius tertij. arti. 6. Et. 2<sup>a</sup> 2<sup>e</sup>. q. 26. arti. 6. Et in de virtu. q. de charitate. arti. 9. Octava conclusio est q<sup>uod</sup> charitas feruentius diligit amicos q<sup>uam</sup> inimicos et dilectio amici melior est bonitate specifica q<sup>uam</sup> dilectio inimici. hanc conclusionem tenet. S. Tho. distin. 30. huius tertij. arti. 3. Et. 2<sup>a</sup> 2<sup>e</sup>. q. 27. ar. 7. Et in de vir. q. de charitate. arti. 8. ad vltimum.



**Quantum ad ar-**  
ticulum secundum arguitur cōtra conclusiones. Et quidez cōtra aliqua cōtenta in prin<sup>o</sup> p<sup>ri</sup>me cōclusionis arguit Aureolus p<sup>ro</sup>bando q<sup>uod</sup> amicitia moralis sit vere et proprie virtus. p<sup>ri</sup>mo quia habet viciū oppositum puta esse sine federe et infidelitatem que est maximū viciū. ¶ 2<sup>o</sup>. quia omnis actus distinctus ab actibus aliarū virtutum habēs specialem laudabilitatem et proprias circumstantias differentes a circumstantijs aliorum actuum virtutum iteratus et frequentatus: generat actum virtuosum. sic autem est de actu amicitie qui est idētificare sibi alterum in affatu conuictu affectu et effectu. habet vero propriam laudabilitatem et proprias circumstantias et est distinctus ab actibus aliarū virtutum puta affabilitatem beniuolentiam beneficentiam. igitur et c. ¶ 3<sup>o</sup>. arguit Henricus 10. quolibet. q. 8. sic dicens. licet amicitia fundetur in virtute: tamen nulla virt<sup>us</sup> est perfecta q<sup>uam</sup> ad exercitium sine amicitia. vnde Tullius. virtutum enim adiutrix amicitia a natura data est vt quoniam solitaria non posset ad summū peruenire: coniuncta et sociata cum altera perueniret. p<sup>ro</sup>p<sup>ter</sup> quod q<sup>uam</sup> ad exercitium operis respectu aliarum virtutum: amicitia est quedam virt<sup>us</sup> generalis reddens vnicuiq<sup>ue</sup> quod suum est et implens illud p<sup>re</sup>ceptum. quod tibi vis fieri hoc facias alij: quod tibi non vis fieri non facias alij. ¶ 4<sup>o</sup>. quia cōmētator dicit sup. S. ethicoz. vna virtutū est dicere amicitiam vt fortitudinē tem-

perantiā et moralium vnāquāq<sup>ue</sup>. hec enī est circa actiones et passiones vt relique. sunt actiōes q<sup>uod</sup>dem: vt amare. passiones autem vt amationes. hec ille. ¶ Cōtra secundā cōclusionē arguit Scotus p<sup>ro</sup>bando q<sup>uod</sup> de<sup>us</sup> nō sit obiectū charitatis sub ratione qua beatificati<sup>o</sup> nature rōnalis. p<sup>ri</sup>mo quia act<sup>us</sup> charitatis si est p<sup>er</sup>fect<sup>us</sup> respicit deū sub ratione p<sup>er</sup>fectissima diligibilitatis. non ē autē p<sup>er</sup>fectissima ratio diligibilitatis in deo cōparatio ei<sup>us</sup> ad aliquā creaturā: sed aliq<sup>uod</sup> ratio ei<sup>us</sup> abso<sup>l</sup>uta in se. nam absolute melior est in se q<sup>uam</sup> posset esse q<sup>uod</sup> cūq<sup>ue</sup> habitudo ad alterum. ¶ 2<sup>o</sup>. quia querit<sup>ur</sup> q<sup>uod</sup> sit illud beatificatiuum aut respectus aptitudinalis quo est apt<sup>us</sup> nat<sup>us</sup> beatificare: aut respect<sup>us</sup> actualis quo. s. beatificat. si p<sup>ri</sup>mo modo: aptitudo nō est ratio terminādi actuz p<sup>er</sup>fectuz perfecte nisi ratione illius cui<sup>us</sup> est talis aptitudo sicut nec vniuersaliter est in se aliqua p<sup>er</sup>fectio sed cōplicat necessario secum naturam cui inest. dicere ergo deum vt est beatificati<sup>o</sup> esse obiectum charitatis: est dicere ipsum in q<sup>uod</sup> est talis nature esse obiectum charitatis. si secūdo modo: hoc nō videt<sup>ur</sup> p<sup>ro</sup>babile. quia illa relatio q<sup>uod</sup> est in obiecto in quantum actualit<sup>er</sup> b<sup>er</sup>ificat: sequit<sup>ur</sup> actū. non enī est differentia in obiecto inter respectum actualem et aptitudinalē nisi q<sup>uod</sup> act<sup>us</sup> est circa ipsum elicitus. ergo hoc dicere: esset ponere q<sup>uod</sup> in quantum terminat actum a charitate elicitus: habet rationem formalem obiecti actus. ¶ 3<sup>o</sup>. quia aperte bonū vt huic: pertinet ad affectionē cōmodi s<sup>ed</sup> m<sup>od</sup>o quaz affectionem voluntas non perficitur a charitate. ¶ 4<sup>o</sup>. quia tam beatificatio actualis q<sup>uam</sup> aptitudinalis si quid dicit in deo: dicit relationez rationis p<sup>re</sup>cise actualem vel aptitudinalē. nullus autem respect<sup>us</sup> rationis potest esse ratio formalis terminandi actum charitatis. ¶ 5<sup>o</sup>. q<sup>uod</sup> potentia respiciēs aliquod obiectum cōmune adequatum sibi siue in ratione motiui: non potest p<sup>er</sup>fectissime quietari nisi in eo solo in quo est p<sup>er</sup>fectissime ratio obiecti adequati. sed omnis potētia volitiua respicit pro obiecto p<sup>ri</sup>mo et adequato totuz ens. in nullo igitur ente siue creato siue increato: potest perfecte q<sup>uod</sup>etari nisi in illo in quo inuenit<sup>ur</sup> p<sup>er</sup>fectissime ratio entis. tale autē soluz est hoc p<sup>ri</sup>mū ens non sub aliqua ratione relatiua: sed sub ratione qua est hoc ens. hec Scotus in forma. ¶ Cōtra tertiā cōclusionē arguit idē Scot<sup>us</sup> p<sup>ro</sup>bando q<sup>uod</sup> natura nō sufficit ad diligendū deū plusq<sup>uam</sup> se sine habitu supernaturali. p<sup>ri</sup>mo quia natura determinatur ad vnum. determinatur autē ad appetēdū eē p<sup>ro</sup>p<sup>ri</sup>ū ex. 2<sup>o</sup>. de gēn<sup>er</sup>atione. igit<sup>ur</sup> non p<sup>oss</sup>it appetere nō esse sui: et hoc q<sup>uod</sup> cūq<sup>ue</sup>

posito circa ipsum nisi dicat q̄ tñ terminetur ad appetendū suū esse cōdicionaliter: q̄d non videt̄ p̄babile. quecūq; ergo natura intellectualis magis determinatur ad appetēdum se esse: q̄ ad appetendū deū esse si nō posset vtrūq; simul stare. q̄ ad appetēdū se esse: determinat̄ sicut ad vnū naturale ad cui⁹ oppositum non potest inclinari q̄cūq; suppositione facta vel cōdicione posita circa ipsam vel aliud: quia tunc non appeteret se eē nisi sub condicione. ¶ 2°. quia appetitus naturalis non videtur esse nisi respectu cōuenientis appetenti. et per consequens primo est respectu illius cui appetit conueniens. illud autem est ipse amans. et sic primo respectu ei⁹. ergo non potest esse magis respectu alterius. ¶ 3°. si aliqua res plus inclinaretur ad esse alterius q̄ sui: hoc esset vt videtur quia pars magis diligit esse totius q̄ esse sui ipsius. quia man⁹ se exponit ad saluandū caput et aqua deserit suum propriū locū. p̄pter bonum vniuersi ad tollendum vacuum. sed ista non valent quia ista et alia solum ostendūt q̄ totum prediligit esse sui q̄ partis. non enī manus exponit se: sed homo exponit manū. nec aqua mouet se sursum propter bonum vniuersi sed virtus regitiua totius prediligit bene esse totius q̄ partis. ¶ 4°. arguunt alij. quia causa dilectionis est vnitas dilecti ad diligentes. modo maior est vnitas alicuius ad se ipsum q̄ ad deū. ¶ 5°. quia sicut cognitio naturalis precedit sup̄naturalem: ita naturalis dilectio que est alicui⁹ ad seipm: precedit sup̄naturalem que est cum deus diligitur super omnia. ¶ 6°. quia si hoc esset possibile: tunc superflueret charitas q̄ ad hoc ponitur vt deus sup̄ omnia diligať. ¶ 7°. quia Aristoteles. 9°. ethi. dicit q̄ amabilia que sunt ad alterum veniūt ex amicabilibus que sunt ad seipsum. ¶ 8°. patet d̄ heretico qui permittit se cōburi propter deū vt videt̄: cum tamē nō habeat charitatem. hoc tamen facit. p̄pter amorem sui quia diligit hominē suū et propriāz volūtātē. ideo permittit se cōburi nō p̄pter amorem dei. et hec videtur esse intētio apostoli p̄ma Corin. 13. si distribuero inquit in cibos pauperū omnes facultates meas: et si tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. et hoc est quia nō diligeret deū super omnia. quia non potest sciri vtrūq; diligit deum sup̄ omnia. aliquis enī credit se aliquando diligere deum super omnia et putat se exponere morti propter deum: et tamen hoc facit p̄pter propriāz voluntatem implendam vt teneat propositū suū. ¶ 9°. arguit Durādus q̄ simi-

litudo de ciue exponente se morti. p̄pter bonū cōmune nō valet. q̄ quis nō exponit se pro cōmunitate quasi diligit eam plus q̄ seipsum nisi includendo in cōmunitate seipsum: sed quia pl⁹ diligit bonum virtutis q̄ salutē corporis. et hec videtur esse intentio Aristotelis. 9°. ethicorum sicut patet ex toto processu illius capituli. dubitatur autem vtrum oportet. vbi tractat istam materiam. vnde dicit ibi q̄ ciuis exponendo se pro amicis vel patria: optat sibi maxima bona virtutis. amicis autem et cōmunitati: attribuit plus de ceteris bonis. et concludit q̄ in omnib⁹ laudabilibus: studiosus videtur sibi ipsi plus boni tribuens. vnde non est verum quod aliqui dicunt q̄ quando Aristoteles dicit q̄ studiosus exponens se pro amicis vel patria vult sibi maximum bonum et ita maxime diligit se: q̄ ibi non fit comparatio dilectiōis qua homo diligit se ad dilectionem qua diligit bonum cōmune: sed fit comparatio dilectionis qua homo diligit se vno modo: ad dilectionem qua diligit se alio modo: est sensus q̄ homo exponendo se morti pro bono cōmuni: magis diligit se hoc faciendo: q̄ faciendo oppositum vel quodcūq; aliud. istud enim non est verum. imo fit comparatio prima et nō secunda vt patet ex ordine textus. ¶ 10. ad idē. quia plus deberet aliquis dolere si fecisset cōtra bonum virtutis: q̄ si tota alia ciuitas fecisset. ergo plus debet quilibet plus sibi diligere bonum virtutis: q̄ cōmunitati. q̄ si exponat se pro cōmunitate: hoc est attribuendo cōmunitati minus bonum scilicet bonum corporale: sibi autem maius bonum scilicet bonum virtutis. ¶ 11°. q̄ constat q̄ quilibet debet se diligere plus q̄ amicum. et tamen sicut dicit philosophus. 9°. ethicorum oportet pro amicis multa pati et mori si oporteat. ergo ex hoc q̄ aliquis exponit se morti pro aliquo: non sufficienter arguitur q̄ diligit alium plus q̄ se quicquid sit illud siue persona p̄uata siue res publica. propter quod ille modus probandi qui assumit scilicet q̄ ciuis diligit pl⁹ bonum cōmune q̄ se nisi includendo se in bono cōmuni: est insufficiēs quia assumit falluz. ¶ 12. quia falsum est quod assumitur in illa probatione scilicet q̄ charitas eleuat naturam ad amandum deum fm̄ specialem rationez scilicet fm̄ rationem beatificantis. quia hoc nō facit charitas sed fides que ostendit nob̄ in ipso esserōnez b̄tificantis. nec itez ad hoc requirit fides infusa: cuz sine ea possumus de eo concipererationem beatificantis. et dato q̄ sic eleuaret naturā ad amādū deū amore cōcupiscētie: oporteret p̄portio-

## Distinctionis.

naliter ponere & eleuaret naturam ad amādūz deum amore amicitie quantum ad aliam specialem rationem que esset in deo amato: et nō q̄m ad modū amādi ex parte nra: hunc. s. q̄ ametur super omnia. quia amor amicitie cōsurgit ex bono apprehēso in eo qui amatur. sicut amam<sup>9</sup> amicum virtuosum propter bonū virtutis in eo existentis. propter quod si illa ratio bonitatis absolute concipiatur esse in deo per gratiam preter illam qua concipimus esse in eo per naturā: nulla ratio est quare natura eleuetur per gratiā ad amandum deum amore concupiscentie nisi eleuetur ad amandūz eum amore amicitie quo ad modum diligendi predictum. ¶ 13<sup>o</sup>. arguunt sic alij. deus diligitur a nobis tam amore concupiscentie: q̄ amore amicitie. sed charitas eleuat voluntatem ad diligendum deūz amore concupiscentie vltra id quod posset ex naturalibus. quia cum ex naturalibus diligamus deum in quantum est vniuersale principium productiuum et cōseruatiuum omnium: charitas eleuat ad diligendū ipsum vt est bonum beatificans. ergo similiter charitas eleuat naturam ad diligendum deum amore amicitie vltra id quod posset ex naturalibus ipsum diligerē. hoc autem non est aliter: nisi quantum ad modum et ordinationem diligendi quam attendit charitas qui est q̄ deus propter se et super omnia diligatur. quare et cetera. Confirmatur. quia per gratiam homo eleuatur aliquo modo ad esse diuinum. propter quod sicut dilectio naturalis sequitur esse naturale: sic gratuita gratuitum quod est diuinum. et ideo sicut dilectio naturalis facit q̄ homo diligit se magis q̄ quodcūq; aliud: sic gratia facit q̄ magis diligit deum ad cuius esse eleuatur per gratiā q̄ seipsum. et sic est ordo cōuersus in dilectione naturali et gratuita. quia sicut in naturali amicabilia que sunt ad alterum veniunt ex amicabilibus que sunt ad seipsum: sic in dilectione gratuita amicabilia ad seipsum et proximum: veniunt ex amicabilibus ad deum. Confirmatur iterum. qz sicut est de cognitione naturali et supernaturali sic est de dilectione naturali et supernaturali. sed cognitio naturalis incipit a creaturis et terminatur ad deūz: supernaturalis vero e cōuerso. ergo similis est de dilectione naturali et supnāli. ¶ 14. quia Bernardus de diligendo deo: distiguit quatuor gradus diligendi. primus est cum homo nihil diligit nisi se. secundus cum nihil diligit nisi propter se et propriam vtilitatem. tertius est cum diligit deum propter deum. quartus cum diligit se et omnia alia propter deum. et dicit q̄ tertius et

## xxvij. xxviii. xxix. xxx.

quartus gradus sunt gratuiti. quartus tamen vt dicit a paucis et q̄si raptim in hac vita attingit. et quia diligere se propter deum et diligere deū plus q̄ se non est attribuendūz hoc dilectioni naturali: cum ad hec gratuita vix in hac vita possit attingere. ergo amore naturali quilibz diligit se plus q̄ deum. sed per gratiam et charitatem eleuatur ad diligendum deum plus q̄ se. ¶ Contra quartam conclusionem arguit Durandus probando q̄ deus fm se non possit esse immediatum obiectum amoris concupiscentie ad nos: sed solum aliquis actus quo a nobis attingitur. et arguit sic. Illud quod amatur amore concupiscentie: amatur finaliter propter illum cui concupiscitur sicut amamus vinum propter nos. sed deus fm se et immediate non est amandus propt̄ quod cūq; aliud finaliter. ergo deus fm q̄ est aliquid in se: non est amādus amore cōcupiscentie. amamus tamen amore concupiscentie actum q̄ deūz attingimus sicut visionem vel sequentēz fructuonem qua diligimus nobis et propter nos. verūz quia deus est obiectūz talium actuum: ideo per consequens est obiectum remotum amoris concupiscentie qz obiectum obiecti. et propter hoc quandoq; dicunt doctores q̄ deus amatur a nobis amore concupiscentie sicut dicim<sup>9</sup> nos amare vinum quamuis non immediate amemus vinū sed gustare vinum. ¶ Contra quintam conclusionem arguit Durandus probando q̄ in aliquo casu ordinare dilectionem dei ad beatitudinem sicut ad mercedem: esset illicitū et per cōsequēs q̄ distinctio ibi facta non est sufficiens. dicit enīz sic. si intelligamus q̄ merces sit finis dilectionis et non dei dilecti: adhuc distinguendūz est quia vel accipitur vt finis propter quem totaliter diligitur deus et sine quo non diligeretur: et sic nō est adhuc licitum habere oculos ad mercedem quia deum debemus diligere propter se dato q̄ nihil cōmodi ex tali dilectiōe nobis eueniret multo amplius q̄ virtuosus quicūq; debeat diligere alium virtuosum. omnis enim bonus diligendus est circūscripto alio quocūq; cum bonūz sz latitudinem suam sit obiectum amoris. si autem merces intendatur vt finis dilectionis non totaliter quoniam sine illa diligeretur deus: sed quia per dilectionem qua diligitur deus intendimus consequi beatitudinem quamuis diligerem<sup>9</sup> deū dato q̄ essemus certi q̄ beatitudinem non haberemus: sic licitum est in dilectione dei habere respectum ad mercedem. ¶ Contra sextam cōclusionem arguit Durandus q̄ dilectio dei debeat habere modum. quia vt dicit in dilectione dei et



i actu cuiuscūq; virtutis potest accipi triplex mo-  
 dus. vnus fm limitatione essentie. alius f3 de-  
 terminationem circumstantie. tertius fm ppor-  
 tionem medij ad superfluum et diminutum. si p-  
 mo modo: sic dicendum est q̄ dilectio dei ha-  
 bet modum. cuius ratio est quia illud quod ē in-  
 certo genere et certa specie: habet modum f3 li-  
 mitationem essentie. sed dilectio dei est in certo  
 genere et certa specie. ergo habet modum fm li-  
 mitationem essentie. si autem loquamur de mo-  
 do quo ad determinationem circumstantie: sic ad-  
 huc dilectio dei habet modum. quod patet. quia  
 sicut se habet malicia ad actum viciosum: sic se ha-  
 bet bonitas ad actum virtuosum. sed malicia cō-  
 sistit in actu vicioso ppter defectum determina-  
 te et debite circumstantie. ergo similiter bonitas  
 consistit in actu virtuoso propter presentiaz vel  
 informationem actus vel fm debitas circumstā-  
 tias. si autem accipiatur modus fm pportionē  
 medij ad superfluum diminutum: sic dilectio dei  
 non habet modum. **C**ontra septimā cōclusio-  
 nem arguit Durandus probando q̄ omnib⁹ ra-  
 tionabilibus creaturis ad quas est charitas: de-  
 bemus optare equale bonum gratie ⁊ glorie. cu-  
 ius rationem esse dicit quia per charitatez opta-  
 mus creaturis bonum diuinū quaten⁹ eius sunt  
 capaces et per ipsam tendunt in deum. sed om-  
 nes creature intellectuales sunt capaces equalis  
 boni gratie et glorie vt cōmunius tenetur et in-  
 dubitanter verum est de creaturis eiusdem spe-  
 cie et equaliter possunt tēdere in deum. ergo p  
 charitatem equale bonum est omnibus optan-  
 dum. Confirmatur per illud quod dicitur prima  
 Corin. 13. charitas non emulatur. esset autem  
 emulatio si non optaretur vnicuiq; tantum bo-  
 num quanti est capax. et maxime quando vnus  
 bonum non est diminutum nec impeditiuum  
 alterius sicut est de bonis gratie et glorie que re-  
 picit charitas imo videretur esse in preiudiciū  
 diuinum. quia cum charitas sit primo et simplici-  
 ter quo ad deum nec optet alicui bonum nisi vt  
 tendat in deum sicut in finem: in preiudiciū di-  
 uini amoris esset nisi optaretur cuiuslibet bonum  
 quo efficacius potest tendere in deum. tale autē  
 est summū bonū gratie et glorie cuius pura crea-  
 tura capax est. et in isto non est gradus vt dictū  
 est. hec autem optatio est condicionata. s. suppo-  
 sita ordinatione et voluntate diuina cui primo  
 inheret charitas et fm quam optat omnia fieri.  
 hec ille. **C**ontra octauam conclusionem argu-  
 it Durandus probando q̄ dilectio inimici sit me-  
 lior et magis meritoria q̄ dilectio amici in aliq̄

casu vt puta cū dilectio inimici non excludit nec  
 includit dilectionem amici. sicut cum aliquis fer-  
 tur per actum dilectionis in amicum nihil cogi-  
 tans de inimico: alius vero econtra fertur p actū  
 dilectionis in inimicum nihil cogitans de amico  
 in hoc casu videtur q̄ ceteris paribus. s. hitu cha-  
 ritatis in vtroq; et intensione act⁹ hinc inde: di-  
 lectio inimici est magis meritoria q̄ dilectio ami-  
 ci. quod patet quia quando duo actus boni sic se  
 habent q̄ procedunt ex pari habitu et sunt eque  
 intensi: ad vnum tamen requiritur maior cona-  
 tus ex natura operis q̄ ad alium: ille ad quē re-  
 quiritur maior conatus: est magis meritorius. s.  
 ad dilectionem inimici si sit eque intensa vt dile-  
 ctio amici: requiritur maior conat⁹ ex natura o-  
 peris. ergo est magis meritoria. maior patet. qz  
 conatus maior quando requiritur solum ex par-  
 te operantis qui est male dispositus: non auget  
 meritum aliud. quia plus mereretur continens  
 q̄ temperatus faciendo simile op⁹ de genere vir-  
 tutis. quia oportet continentem plus conari pp-  
 ter malam dispositionem q̄ temperatū. hoc autē  
 non est verum: quia tunc virtutes magis obel-  
 sent q̄ prodesent. sed quando maior conat⁹ re-  
 quiritur non propter indispositionem operantis  
 sed propter difficultatem operis: tunc maior co-  
 natus faciens q̄ actus difficilior sit eque intētus  
 sicut actus facilior: auget meritum. minor patet  
 de se. s. q̄ ad diligendum inimicum eque intense  
 sicut alius diligit amicum requiritur maior cona-  
 tus: cum hic sint plura repugnantia et pauciora  
 attrahentia. quare et cetera. **C**2. sic. ille act⁹ cui-  
 us tota intentio reducitur in charitatem: ē ma-  
 gis meritorius q̄ ille cuius similis intentio nō to-  
 taliter reducitur in charitatem. et causa huius ē  
 quia meritum innititur principaliter charitati. s.  
 dilectio inimici est talis actus q̄ tota ratio dili-  
 gendi inimicum est charitas ad deum. tota autē  
 ratio diligendi amicum non semper est charitas  
 sed occurrit alia ratio. s. cōmunicatio in aliq̄ bo-  
 no consanguinitatis vel ciuili vel huiusmodi. q̄-  
 re et cetera. **C**3. quia bonum includens aliud ē  
 melius illo. sed dilectio inimici includit dilectio-  
 nem amici: vel actu vt cum aliquis diligit prop-  
 ter deum amicum et inimicum: vel habitu ex na-  
 tura rei et nō ex suppositione soluz. quicunq; enī  
 diligit inimicū: sequit ex natura actus et obiecti  
 q̄ diligit amicum habitu et diligeret actu affectu  
 et effectu si occurreret et opus esset. non sic autē  
 sequit ecōuerso. ergo dilectio inimici est melior  
 ceteris paribus. hec ille.



**Quantus ad ar-**  
 ticulum tertium primo notandum est  
 quod philosophus in ethica de duplici amicitia loquitur. una est que consistit in  
 solis exterioribus verbis vel factis que speciali nomine affabilitas nominatur.  
 de qua philosophus tractat in quarto libro ethica. et hec perfectam rationem amicitie non habet: sed quandam  
 eius similitudinem in quantum aliquis deceter se habet  
 ad alios homines in communi conuersatione. hec  
 autem amicitia putatur. **S. Tho.** dicit. 2<sup>o</sup> 2<sup>e</sup>. q. 114. ar-  
 ticulo primo: fundatur in quodam generali amore que  
 omnino homo omnino homini naturaliter est ami-  
 cus propter nature similitudinem. sicut quod dicitur **Ec-**  
**cle. 13<sup>o</sup>.** omne animal diligit sibi simile. alia est ami-  
 citia que consistit principaliter in affectu quo unus alium  
 diligit: et de ista amicitia philosophus determinat in **S. et**  
**9. ethi.** quam dicit esse habitum meritis. ex quo sequitur  
 quod amicitia non dicitur aliquid unum subiective exi-  
 stens in utroque amicum ex amore utriusque resul-  
 tans. putatur aliquid sunt opinati. nam nullus habet me-  
 ritum est idem numero in duobus subiectis re et sup-  
 posito distinctis: quemadmodum sunt duo amici. Et  
 preterea cum in duobus amicis duo sint amicitie  
 fundamenta. scilicet due virtutes numero et etiam duo  
 termini duo videlicet amici: consequens est neces-  
 sario quod in ipsis due numero sint amicitie. dicendum  
 est igitur quod amicitia est habitus subiective existens  
 in amico. et quia amicitia relationem quandam con-  
 notat nam amicus amico est amicus. putatur philosophus. **S.**  
**ethicorum** dicit: consequens est quod in singulis amico-  
 rum amicitia sit habitus distinctus numero ab ha-  
 bitu amicitie alterius: ita quod duorum amicorum duo  
 sint numero amicitie habitus et plurimum plures.  
 Necque obstat quod amicitia etiam a **S. Doc.** vocatur  
 unio: quia et amor ipse: vis unitiua et unio ap-  
 pellatur propter hoc quod se inuicem amantes ununt et  
 quodammodo unum faciunt. et tamen constat unum  
 numero amorem non esse in duobus se amanti-  
 bus sed singulus eorum in suo proprio et distincto  
 amore numero: alium amat. sicut ergo amor vel  
 dilectio dicitur unio se amanti non sicut unum  
 aliquid subiective in utroque existens nec sicut utri-  
 usque intermedium: sed quia quodam affectu obie-  
 ctive non subiective coniungit amatum amanti: ita  
 et amicitia que amorem implicat: dicitur esse unio  
 amicorum non quasi eadem numero utriusque habe-  
 at pro subiecto vel sit realiter intermedium utri-  
 usque: sed quia amoris affectu obiective non sub-  
 iective amicum amico coniungit et ununt: illum in-  
 tra cordis viscera reponens. Ad quorum intel-

lectum sciendum est quod ut accipitur post philosophum. **S. ethi.**  
 ex dicitur. **S. Tho.** in hac dist. 27. q. 2. ar. 1<sup>o</sup>. in c.  
 amicitia duo addit supra amorem. unum est so-  
 cietas quedam amanti et amati in amore ut si  
 mutuo se diligere sciunt. aliud est ut ex electio-  
 ne et non tantum ex passione se inuicem diligant.  
 unde ibi philosophus dicit quod amicitia assimila-  
 tur habitui: amatio autem passioni. complectitur  
 ergo amicitia prout. **S. Tho.** concludit amorem  
 cum omnibus ad ipsum pertinentibus et duo predi-  
 cta que addit super amorem. Ex quibus inferimus quod  
 amicitia que ad sui essentiam: est amor ut est ha-  
 bitus electiuus non generaliter quo amans amat  
 amatum: sed quo amicus amat amicum. quia enim  
 amor iste est in genere amoris perfectissimus ad-  
 dens ad quemcumque alium amorem: ideo speciale  
 nomen habuit. in eo autem quod amicitia dicitur amor  
 quo amicus amat amicum: designatur quod amicitia  
 importet mutuum amorem. non quasi mutuum  
 amor sit essentialiter amicitia: sed quia amicitia  
 cuiuslibet amici requirit et connotat amorem al-  
 terius ad alterum. quemadmodum relatio simi-  
 lium et equalium dicitur mutua non quasi una re-  
 latio numero sit utriusque similitum aut equalium  
 sed quia relatio unius ad alterum exigit relatio-  
 nem alterius ad ipsum. unde et philosophus. **S. II. ethi.**  
 amicitiam vocat equalitatem.

**Secundo** notandum est quod ali-  
 qui opinantur sanctum  
**Thomam** varie sensisse de amicitia quam philosophus defini-  
 cribunt utrum sit virtus moralis an non. dicunt  
 enim quod in hac dist. 27. q. 2. articulo. 2. ad pri-  
 mum. Et in de virtuti. q. de charitate. ar. 2. ad 8<sup>m</sup>  
 tenet quod amicitia non sit virtus moralis sed ali-  
 quid consequens ad morales virtutes. Verum  
 2<sup>o</sup> 2<sup>e</sup>. q. 13. arti. 3. ad primum. Et in commento super  
**S. ethi.** capitulo primo in principio. et capitulo. 5<sup>o</sup>. in fine  
 tenet quod amicitia est virtus addens aliquid supra  
 virtutes morales. Sed in veritate sic opinantes  
 non satis aduerterunt mentem. **S. Tho.** in secun-  
 do opere et in commento super **S. ethi.** nam in. 2<sup>o</sup> 2<sup>e</sup>.  
 ubi eum allegat non id dicit sententialiter et dicit me-  
 te propria: sed magis vel referens aliorum opinionem  
 vel ut permittat quid circa hoc ab aliquo dici pos-  
 set. unde verba eius sunt hec. posset enim dici quod  
 est virtus moralis circa operationes que sunt ad  
 alium et cetera. sed in eadem solutione sententia-  
 liter mentem suam explicans: inquit sic. potest ta-  
 men dici quod non est virtus per se ab alijs distincta.  
 non enim habet rationem laudabilis et honesti  
 nisi ex obiecto sicut quod fundatur super honestatem  
 virtutum. quod patet ex hoc quod non quilibet ami-

**Sexto** Notandum est quod quod fines in agibilibus sunt principia actionum. put philosophus docet. 2<sup>o</sup>. p<sup>h</sup>y. oportet rectitudinem actionis vel operationis ex proportionem ad finem accipere. ad diuersos ergo fines diuersa erit actionum operatio. ita vt aliqua operatio recta sit secundum proportionem ad finem civilem: que proportionata non sit in ordine ad vltimum finem glorie eterne. unde ad finem supernaturalem ad quem per dei gratiam homo ordinatur: alia rectitudinem et proportionem actus humani requirunt: quibus actus quibus ad finem conaturalē homo ordinatur. et quod bonitas et rectitudo actus dependet ex habitu virtutis que finem intendit: consequens est quod alie virtutes sint quibus homo ordinatur ad finem supernaturalem a virtutibus que ordinant hominem ad fines sibi conaturales. ¶ Rursus sciendum est prout accipitur ex dictis. S. Tho. supra dif. 23. q. p<sup>a</sup>. articulis. 4<sup>o</sup>. et 5<sup>o</sup>. Et. p<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>. q. 62. arti. 3. et. q. 63. ar. 3. q. tres virtutes theologice scilicet fides spes et charitas ordinant hominem immediate ad finem supernaturalem qui deus est et sunt in parte anime intellectiva subiectiue. fides. s. in intellectu. spes vero et charitas in voluntate. homo autem non solum ordinatur in deum et in vl-

timū finem per operationes intellectus et voluntatis: sed etiam per actiones aliarum potentiarum secundum illud psalmi. 83. cor meum et caro mea exultauerunt in deum viuum. unde et Deutero. 6<sup>o</sup>. et Matthei. 22. sub illo precepto diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et cetera. precipit homini omnes actus suarum potentiarum in deum et in dei amore ordinare. ait enim Crisostomus illud exponens. tota mente diligere deum: est vt omnes sensus deo vacent. Et Augustinus p<sup>o</sup> libro d<sup>o</sup> doctrina christiana preceptum illud pertractans sic concludit. nullam ergo vite nostre partem relinquit vacare debeat et quasi locum dare vt alia re velit frui. Et parum infra. tunc inquit est optimus homo: cuius tota vita sua pergit in incommutabile bonum. ¶ Oportet igitur in potentibus etiam sensitiuis que nature sunt rationi et voluntati obedire: virtutes aliquas ponere quibus bene se habeant et operationes suas ordinent secundum proportionem ad deum. put est finis vltimus et supernaturalis humanorum actuum. huiusmodi autem virtutes oportet esse diuinitus infusas quemadmodum et ipse finis supernaturalis diuinitus homini proponit et tribuit. Neque sufficerent ad hoc virtutes theologice vt aliqui putant. Tunc quod vt. S. Tho. dicit p<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>. q. 63. ar. 3. virtutes theologice se habent in ordine ad finem supernaturalem qui est deus et beatitudo eterna: loco naturalium principiorum que nobis inata sunt in ordine ad finem homini conaturalem. unde sicut preter ipsa principia naturaliter indita requirunt alie virtutes morales perfectes potentias sensitiuas ordinabiles in suis actibus ad finem conaturalem: ita preter virtutes theologicas a deo infusas: oportet proportionaliter ponere in ipsis sensitiuis potentibus alias virtutes diuinitus infusas quibus vires sensitiue bene et proportionaliter se habeant ad finem hominis supernaturalem. Tunc etiam quia vt ibi. S. Tho. dicit in responsione ad. 2<sup>m</sup>. virtutes theologice sufficienter nos ordinant in finem supernaturalem. s. ad ipsum deum immediate. sed oportet quod per alias virtutes infusas perficiatur anima circa alias res in ordine tamen ad deum. Tunc tertio quia vt ipse deducit in multis locis et presertim p<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>. q. 56. ar. 4. et multum plane in d<sup>o</sup> virtutis. in communi. q. vel. ar. 4. in appetitu inferiori qui rationi repugnare potest: necessarium est aliquid quo operationem illam quam ratio impat: absque repugnantia prosequatur. si enim principium immediatum operationis sit imperfectum: oportet operationem esse imperfectam quantumcumque perfectio assit principio superiori. nam actus qui progreditur ab vna potentia secundum quod est ab alia mota: non potest esse perfectus nisi vtraque potentia sit bene et sufficienter dispo-

sua ad actū. sicut actus artificis non potest esse perfectus nisi et artifex et instrumentum sufficienter habeant dispositionem ad actum. ad hoc igitur quod actiones virtutum inferiorum ut irascibilis et concupisibilis sint perfecte et proportionate ad finem supernaturalem: non sufficit quod vires superiores. scilicet partis intellectivae sint perfecte per virtutes theologicas in ordine ad supernaturalem finem: sed exigitur quod etiam inferiores vires quibusdam virtutibus perficiantur in ordine ad tale finem. huiusmodi autem virtutes ut premissum est: esse non possunt acquisite ex actibus nostris humane naturae conaturalibus cum sint fini supernaturali inproportionate. oportet igitur quod sint a deo infuse. et quoniam virtutes alie ab intellectualibus et theologis morales consueverunt appellari secundum quod virtutes in tria hec genera distinguuntur: ideo virtutes infuse alie a theologis parte appetitivam perfectas morales dicuntur. non secundum quod mos consuetudinem importat assuefactionis: sed secundum quod significat inclinationes generaliter siue sit a natura siue ex dei dono siue ex assuefactione eo modo quo philosophus. 8. li. de animalibus dicit mores esse brutorum. hoc notat. S. Tho. in hac dis. q. 1. ar. 2. sub. ar. 3. ad. 4. m.

**Septimo** Notandum est quod quarta conclusio debet intelligi de virtutibus moralibus et cardinalibus infusis non de acquisitis quae ut expresse tenet. S. Tho. in hac. d. q. 1. ar. 4. in. c. in patria non remanebunt nisi tantummodo in radice. scilicet virtualiter in essentia et potentia anime et persistunt in intellectu et voluntate in quibus naturaliter sunt seminalia quaedam virtutum. ea autem ratione non remanebunt actu: quia in patria non erunt passiones moderatae aut reprimende quae sunt propria materia virtutum moralium acquiratarum. non enim in futura vita glorie locum habebunt concupiscentiae et delectationes ciborum et venereorum neque etiam timores et audaciae circa pericula mortis nec distributiones et communicationes rerum quae veniunt in usum presentis vite. sublata autem propria materia: oportet tollantur virtutes quae ad illam ex sui specialis ratione ordinantur. De virtute autem iustitiae cuius sit subiectiva in voluntate: est alia ratio eo quod voluntas actu maneat in anima a corpore separata. unde specialiter de illa dictum est Sapientiae primo quod est perpetua et immortalis. et hec ratio probat propositum quantum ad utrumque statum. scilicet et ante resurrectionem corporum et post. sed ultra haec rationes est alia ratio ad id probandum specialiter in statu ante corporum resurrectionem. quod scilicet subiecta virtutum moralium acquiratarum irascibilis videlicet et concupisibilis: actu non remanebunt destructis organis corporalibus in quibus sunt subiectivae propter separa-

tionem anime a corpore. Ad pleniorē intellectus predictorum sciendum est. put. S. Doc. deducit in hac dist. loco proxime allegato et in de virtutibus cardinalibus. arti. ultimo: quod de virtutibus moralibus acquisitis philosophi locuti sunt secundum quod ordinantur ad perfectiendum hominem in vita civili statum vite et non secundum quod ordinantur ad vitam in ordine ad celestem gloriam ad quam ordinantur virtutes morales infuse. et ideo virtutes morales acquisite: habent pro fine bonum civile vite huius. et quia hec civilitas non remanebit in patria: consequens est quod actus virtutum moralium acquiratarum in patria non remanebunt neque circa finem proprium neque circa materiam propriam secundum quam tendunt in finem civilitatis huius vite. ac pro hoc nec etiam habitus remanebunt. virtutes autem morales infuse perfectiunt hominem in vita spirituali secundum quam homo est civis civitatis dei et membrorum corporis christi quod est ecclesia. secundum quem modum apostolus dicit Ephe. 2. fidelibus christi. iam non estis hospites et advene sed estis cives sanctorum et domestici dei. huiusmodi autem civilitas non evacuat in patria sed perficitur. et per consequens virtutes morales infuse remanebunt cum actibus quos circa finem cooperit eis habere. non enim eiusdem rationis sunt actus qui competunt in vita ista quae est militia quaedam et pugna: cum actibus qui debent patrie ubi est locus praemij et triumphi. ut enim. S. Doc. sub exemplo dicit de virtutibus cardinalibus articulo proxime allegato: alius specie actus est ad bellum accedere: et alius in prelio fortiter stare ac pugnare: et alius post victoriam triumphare et de victoria gaudere. et consimiliter alius actus est virtutis fortitudinis infuse in vita ista sicut patienter ac firmiter pro deo adversa tollerare et pro salute eterna proximorum: mortis subire pericula. et alius actus est virtutis fortitudinis in patria ubi nec adversa nec mortis pericula sunt. unde Augustinus. 14. li. de trinitate. capitulo. 9. prudentia inquit ibi erit. scilicet in patria sine ullo periculo erroris. fortitudo sine molestia tollerando malorum. temperantia sine repugnatione libidinum. ut prudentie sit nullum bonum deo proponere vel equare. fortitudinis: ei firmissime coherere. temperantiae: nullo delectationis delectari. nunc autem quod agit iusticia in subveniendis miseris: quod prudentia in precavendis insidiis: quod fortitudo in perferendis molestiis: quod temperantia in coercendis delectationibus pravis: non ibi erit ubi nihil omnino mali erit. hec Augustinus. ubi quantum dicit in patria non esse iusticiam in subveniendis miseris: fateatur tamen iusticiam remanere quantum ad principalem ipsius actum qui est subditum esse superiori. scilicet deo. ait enim parum supra. cui regenti sub-

ditum esse: iusticie est. immortalis est omnino iusticia. nec in illa beatitudine esse desinet: sed talis et tanta erit vt perfectior et maior esse non possit. hec ille. **¶** Ex supradictis colligimus de mente. **S. Tho.** q. virtutes morales acquisite nō remanebunt actu in patria nec q̄m ad actus nec q̄m ad habitus. virtutes vero morales infuse remanebūt q̄m ad habitus: non tamen quantum ad eisdē actus speciei. habebūt enim ibi alterius rōnis actus. vñ nō incōgrue vt videt: dicere possumus q. virtutes morales infuse hīc i statu vic differūt a virtutib⁹ moralib⁹ q̄ habētur i patria sicut virtutes dicte purgatorie a virtutib⁹ purgati anīni q̄s **¶** Florin⁹ p̄hs p̄mo distixit. d. q̄b⁹. **S. Tho.** plenius differuit. p̄m 2. q. 61. arti. 5.º.



**Quantus ad ar-**  
ticularū quartū respōdēdū est ob  
lectionibus cōtra cōclusiones.  
Et q̄dez ad p̄mū Scoti p̄tra p̄  
mā cōclusionē respōdet. **S. Tho.**  
in de virtutib⁹ in cōmuni. q. vel. ar. 5. ad p̄mū.  
q. quia volūtas appetit naturaliter q̄d est bonū  
fm rōnem sicut cōcupiscibilis quod est delecta-  
bile fm sensum: ideo sufficit voluntati ad hoc q.  
imperet: iudiciū rōnis fm q̄d maior perfectio est  
in potētia volūtatis ipante q̄ in exequēte etiam  
si aliū virtutis habitū ad id nō hēat. **¶** Ad. 2.º.  
dicitur q. rōnes cōmunes de virtute morali: du-  
pliciter possunt accipi. vno modo quasi in gēre  
vt q. virtutes morales sunt p̄fectiue potētiarū  
partis anime appetitiue et q. rectitudinē rōnis cō-  
formant et sic de similib⁹ rōnibus generalib⁹ fm  
quas virtus moralis distiguī a virtutib⁹ intel-  
lectualib⁹. et isto modo rōnes cōmunes de v̄tu-  
te morali cōcludūt in volūtate sicut in appetitu  
sensitiuo et se extendūt ad virtutē iusticie. et fm  
has rōnes nō loquī cōclusio n̄a de virtute mo-  
rali. alio modo rōnes cōmunes de virtute moza-  
li: capiunt magis in speciali sicut q. virt⁹ moza-  
lis est moderatiua passionū nō opationū. item  
q. est p̄fectiua hominis quātū ad seipsum et non  
fm rōnez cōmensurationis ad alterū. et isto mo-  
do rōnes cōmunes de virtute morali: non cōdu-  
dunt in volūtate nec se extēdunt ad virtutē iu-  
sticie. et sic loquī de virtute morali n̄a p̄clusio.  
**¶** Quod autē arguēs ifert ex auctoritate p̄hi d. obe-  
dibili rōni: cōcedim⁹. nec est verū vt arguēs sō-  
niat q. nos intelligam⁹ volūtate nō esse in rōne  
nec esse obedibile rōni. imo vtrūq. asserim⁹ mo-  
do in secūdo notabili explicato. **¶** Un. **S. Tho.** in  
bac dis. q. 2. ar. 4. sub. ar. 3. ad p̄m. rōnale inquit

p̄ participationē: nō solū dicit irascibilis et cōcu-  
piscibilis: s̄ vniuersalit̄ appetit⁹. et ideo volūtas  
quāuis p̄ essentiā sit in parte intellectiua: tñ q̄m  
ad actum equaliter rōne participat. et ideo pōt  
esse subm virtutis moralis. Et in respōsione ad  
2.º. dicit q. rōnale cōprehēdit nō solū rōnē cog-  
nitiuā: sed etiā volūtate. et sic iusticia est i rōnali  
sicut i subiecto. **¶** Idē in sentētia dicit p̄ 2.º. q. 56.  
arti. 6. ad. 2.º. Et in d. vir. in cōmuni. q. vel. ar. 5.  
ad p̄m. in cōtrariū. **¶** Itē. 2.º. 2.º. q. 58. ar. 4. ad. 3.º.  
**¶** Ad. 3.º. d̄ q. p̄hs loco p̄ arguētē allegato ex-  
cludit ab opatione s̄ virtutes morales p̄tes sen-  
sitiuā nō simpliciter: sed fm q. est cōmuni equo et  
boue et omī animalī vt ipse ibi exēplificat: nō autē  
fm q. pars sensitiua participat rōne et est ei obe-  
dibilis quēadmodū est in hominib⁹. vnde et ibi  
dē p̄hs concludit. est igī opus hominis opatio  
anime p̄ rōnem aut nō sine rōne. Et hāc solutio-  
nem in sentētia dat. **S. Tho.** ad simile argumē-  
tū in bac dis. q. 2. ar. 4. sub. ar. 2. ad. 2.º. Et ma-  
gis expresse. p̄ 2.º. q. 56. ar. 4. ad. p̄m. **¶** Qd̄ autē  
arguēs in fine adducit de differētia inter p̄suasi-  
bile a rōne et rōni obedibile: parū habet momē-  
ti. nam sicut volūtas p̄pter sui libertatē dicitur  
p̄suasibilis: ita et appetit⁹ sensitiuus quia aliquid  
libertatis a voluntate participat: quodā modo  
etiā p̄suasibilis dici pōt quāuis nō ita p̄prie. vo-  
luntas quoq. dici pōt obedibilis rōni: quādo s̄  
ip̄sus iudiciū mouet. vnde absq. ratione dicitur  
est q. p̄suasibile quia liberū est: nō sit obedibile.  
non enī solū serui est obedire: sed etiam liberi.  
alia s̄ p̄ncipatus regalis qui liberozū est vt p̄hi-  
losophus dicit p̄mo poly. nō haberet sub se sub-  
ditos obedibiles. vnde predicta distinctio frivola  
est. **¶** Ad. 4.º. respōdet. **S. Tho.** p̄ 2.º. q. 56  
ar. 3. ad. p̄m. q. verbū Augustini intelligendū est  
de virtute simpliciter dicta. nō q. omnis talis vir-  
tus sit essentialit̄ amor: sed q. depēdet aliqualit̄  
ab amore in quātū depēdet a volūtate cuius p̄-  
ma affectio est amor. **¶** Ad. 5.º. patet respōsio  
ex his que dicta sunt in tertio notabili. respōsio  
autē ibi posita bona ē et est conformis solutioni  
date ex dictis. **S. Tho.** ad p̄mū argumentum.  
et ad eius p̄mā impugnationē negat consequen-  
tia. licet enim ante malā electionē volūtatis p̄-  
cedat in intellectu aliq. defect⁹ nō tñ semp̄ prece-  
dit error. q̄d. **S. Tho.** pulchre deducit in multis  
locis vt p̄. q. 63. ar. p̄. ad. 4.º. Et diffusius in  
q. de malo. q. p̄. ar. 3. in. c. Ad secūda impugna-  
tionē r̄ndet. **S. Tho.** de vir. in cōmuni. q. vel. ar. 5.  
q. nō est simile d̄ intellectu et volūtate. q. ad cog-  
noscedū: potētia intellect⁹ nō sufficit per seipsam



nisi species a sensibilib<sup>9</sup> accipiat. et ideo oportet in his etiā q̄ naturalit<sup>r</sup> cognoscim<sup>9</sup>: esse quendā habitū qui q̄dam modo principii a sensibilibus sumit vt phs̄ dicit in libro poste. sed volūtas ad volēdū: nō indiget aliqua specie. hec ille. et quāuis de specie expresserit: intelligit etiā q̄ nullo alio indiget preterq̄ bono sibi pposito p rōnez sicut apte dixerat in respōsione ad p̄mum. ¶ Ad 6<sup>m</sup>. dicit q̄ qz vnaqueqz potētia tēdit naturalit<sup>r</sup> in p̄p̄riū obiectū: cōsequēs est q̄ p̄mpte et delectabiliter in illud tendat. nā cōnaturalia facilia sunt et delectabilia. qz ergo volūtas naturaliter tēdit in bonū fm iudiciū rationis sibi ppositum eo ipso p̄mpte et delectabiliter in illud tendit. neqz ad hoc indiget habitu supueniēte. Neqz valet obiectio de vicioso q̄ ad oppositū incipit reuocari. qm̄ difficultas q̄ in eo videt<sup>r</sup> ad bonū et facilitas ad malū: nō est ex repugnātia vel difficultate ex parte volūtatis: sed ex repugnātia appetitus sensitīui in quo passiones inordinate et ad malū trahētes extincte sunt. ¶ Ad argumenta Aureoli cōtra eandē cōclusionē ad p̄mū dicit q̄ maior est falsa. nam sicut subiectū moralis virtutis qd̄ est p̄ncipaliter potētia anime est simplicior q̄ subiectū sanitatis corporalis: ita et virt<sup>9</sup> moralis simplicior est sanitate corporali. Neqz valet p̄batio p̄ma. qz non omnes qualitates d̄ p̄ma specie qualitatis sunt eque simplices. Neqz valet secunda. tum qz assumptū nō est vniuersalit<sup>r</sup> verū. tum etiā qz falsum est q̄ sanitas sit plures humores. imo est q̄dam qualitas ex humorib<sup>9</sup> p̄portio naris resultās. que licet fm partes plurificet<sup>r</sup> in corpe: vnitatē habet cuiusdā toti<sup>9</sup>. vnde arguens nihil p̄bat ex his q̄ assumit. ideo ea facilitate refellēda sunt: qua adducunt. ¶ Ad. 2<sup>m</sup>. dī q̄ maior p̄positio nō ē vera quādo altez p̄ncipiorum ex natura sua est sufficiens elicere illū actum vel ad illū cōcurrere sicut ē in p̄posito d̄ p̄ncipio volūtatis. put dictū est supra. ¶ Ad. 3<sup>m</sup>. dicit q̄ minor est falsa pro ea pte qua dicit q̄ habitui p̄ficiēti altez illoz t̄m: nō cōpetit diffinitio virtutis. nam talis habitus bonus facit habentem et opus eius bonū reddit. ac per hoc sibi comperit diffinitio virtutis. Et cum vlteri<sup>9</sup> dicit q̄ homo non est p̄fectus moraliter nisi p̄ficiat fm vtrūqz appetitum: falsum est si intelligat de p̄fectione p̄ habitū. nam sufficit q̄ appetitus sensitīu<sup>9</sup> qui ex sui natura nō inclinā in bonū rationis: p̄ficiatur per habitū ad id inclināntem. Neqz obstat q̄ vterqz appetit<sup>9</sup> sit p̄ncipiū actus moralis. qz vnus illoz. s. intellectū<sup>9</sup> habet p̄fectionē ad tale actum requisitā ex ratione sue nature. Exē-

plum autē quod subdit nō est ad p̄positum. qm̄ ad rectā electionē semp̄ ponim<sup>9</sup> habitū virtutis exigi in appetitu sensitīuo ne sit rebellis imperio rationis. esset autē exemplum ad p̄positū si cōtrario poneret<sup>r</sup> q̄ appetit<sup>9</sup> sensitīu<sup>9</sup> esset p̄fectus per habitū virtutis et nō appetit<sup>9</sup> intellectūus. sed hoc posito: nihilominus seq̄ret electio recta. quia volūtas nō est rebellis iudicio rationis sibi ostendēti bonū: cū naturaliter et delectabiliter in illud tendat. ¶ Ad. 4<sup>m</sup>. dicit q̄ p̄cedit ex falso supposito. s. q̄ virt<sup>9</sup> moralis sit aliqd̄ cōstitutum ex pluribus habitib<sup>9</sup> vel q̄litatibus aut q̄ sit relatio sup illis fundata. hoc autē falsum est. nā non est simile de pulchritudine virtutis moralis et de pulchritudine corporali sicut dictum fuit in respōsione ad p̄mū. cōcedim<sup>9</sup> autē q̄ si homo nō se haberet bene et decēter fm vtrūqz appetitum vel si in aliquo illoz defectus esset: homo nō esset qualis esse deberet in materia virtutis. sed vt supra dictū est: hoc incōueniēs non sequit<sup>r</sup> pro eo q̄ non ponimus in volūtate habitū virtutis inclināntem ad bonū rationis. ¶ Ad ea q̄ Durandus obiicit cōtra secūdā cōclusionē dicit q̄ habitus de quibus loquimur: causant<sup>r</sup> per actus mediante moderatione passionū ad quā terminat<sup>r</sup> quedā p̄uia alteratio. put ipse phs̄ dicit loco p̄ arguētē allegato. vnde ad ipsos habitus virtutum: nō est p̄ se et imediate alteratio cū sint p̄fectiones quedā vt ibi philosoph<sup>9</sup> p̄bat: sed p̄supponunt alterationē que terminat<sup>r</sup> ad passionū moderationē ex qua habit<sup>9</sup> virtutū resultat. et mirabile ē q̄ tale mediū in generatione habitus ex actibus: arguēs nō inuenit: cū illud philosoph<sup>9</sup> p̄bustā dare et expresse posuerit vbi ipse eū allegat. ¶ Ad argumēta eiusdē cōtra tertiā cōclusionē ad p̄mū negat maior. tum qz gratia et virtutes theologice quas arguens ponit in pueris baptizatis: ad hoc eis infundunt<sup>r</sup> vt tēpore congruenti opa faciāt meritoria vite eterne. sed ad huiusmodi opa: opus est alijs virtutib<sup>9</sup> moralibus quib<sup>9</sup> appetit<sup>9</sup> sensitīu<sup>9</sup> disponat<sup>r</sup> ne repugnet impio intellect<sup>9</sup> et volūtatis circa opa meritoria exequēda. et de hoc lat<sup>9</sup> dictū fuit in sexto notabili. tum etiā qz sicut ex essentia anime naturali cōsequētia efluūt in corpe animato potentie anime interiores et exteriores: ita ex essentia gratie gratū faciētis quadā cōsequētia et efluxu infallibili efluunt supnaturalit<sup>r</sup> omnes alię virtutes et morales et theologales ad vitā eternam p̄merēdā cōferētes. et certe non satis apparet q̄ rōne mot<sup>9</sup> sit arguēs ponere in pueris baptizatis efluxū quarūdā virtutū a gratia et non aliarum.

cum in ea etate sicut nō habēt regulariter vsū illarū virtutū quas in pueris negat: ita neq; habent vsū earū virtutū quas ponit in illis. vnde videt q; arguēs gratis aut animo cōtradicens id scripserit. ¶ Ad. 2<sup>m</sup>. cōcedit̄ tota deductio argumenti vsq; vbi dicit̄. hoc autē est falsum. ad qd̄ respōdet. S. Tho. 4. sen. dis. 4. q. 2. ar. 2. sub ar. p<sup>o</sup>. ad. 4<sup>m</sup>. q; habit<sup>9</sup> facit̄ habilem ad actum tollēdo inhabilitatē que ē ex impfectione potētice. non autē tollit̄ inhabilitatē q; est ex parte cor poris sicut patet in dormiētib<sup>9</sup>. ¶ In. 3<sup>o</sup>. vero pte q. 69. ar. 4. ad. 3<sup>m</sup>. respōdet qd̄ difficultas ad bonū et punitas ad malū: inuenit̄ in baptizatis nō ppter defectū hitus virtutū: sed ppter cōcupiscentiā que nō tollit̄ in baptismo. Qd̄ autē pueri baptizati ad etatē veniētes adultā indigēt p̄ suasionib<sup>9</sup> et instructionibus vt assuescāt virtuose viuere: nō obstat dictis. qm̄ habit<sup>9</sup> virtutum moralium nō docēt qualiter bene viuēdū sit: sed hoc presupposito ex doctrina legis diuine vel humane ipsi inclināt ad hoc q; homo se legi cōformet. vnde et ipse arguens habitū fidei ponit in pueris baptizatis: et tamē adueniēte eorū adultā etate: nihilomin<sup>9</sup> indigent instructione et explicatione articulorū fidei ad hoc q; recte et fideliter credāt. vnde. S. Tho. supra dis. 23. q. 3. ar. 2. arguit sic quarto loco. habit<sup>9</sup> p̄ seipsum est sufficiens ad mouēdū potētiam in actū. sed in actū fidei homo fidelis nō pōt nisi instruat̄. ergo fides est habit<sup>9</sup> acquisit<sup>9</sup>. ecce argumentū. ad qd̄ respondet. ad. 4<sup>m</sup>. dicēdū q; nō pōt habitus infusus fidei i actū exire nisi fides d̄terminet̄ vel a deo per reuelationē: vel ab homine p̄ doctrinā. et simile est de habitu p̄ncipiorū. glosa autē quas arguēs dat ad decretalē clementis frivola est et periculosa sicut patet manifeste verba decretalis inueniēti. ¶ Ad. 3<sup>m</sup>. negatur assumptus. et ad eius p̄bationē respōdet. S. Tho. 3<sup>a</sup>. p. q. 89. ar. p<sup>o</sup>. ad. 4<sup>m</sup>. q; post primū actū penitētie qui ē cōtritiō remanēt quedā reliquie peccatorū. i. dispositiones ex priorib<sup>9</sup> actib<sup>9</sup> peccatorū causate ex quib<sup>9</sup> prestat̄ difficultas qdā penitēti ad opādū opa virtutū sequētū. sed quātū est ex ipsa inclinatione charitatis et aliarū virtutū: penitēs opera virtutis delectabiliter et sine difficultate operatur sicut si virtuosus p̄ accidēs difficultatē pateretur in executione actus virtutis ppter somnum aut aliquā corporis indispositionem. hec ille. ¶ In. 4<sup>o</sup>. vero sentē. dis. 14. q. 2. ar. 2. ad. 5<sup>m</sup>. respondet ad simile argumentum q; facilis operandi opera virtutum: potest esse ex duobus scilicet ex consuetudine precedente: et hanc faci-

litatem nō tribuit̄ virtus infusa statim in sui p̄ncipio. et iterum ex forti inhesionē ad obiectū virtutis: et hāc est inuenire in virtute infusa statim in sui p̄ncipio. hec ille. causam autē quare habens habitū virtutis infuse patitur interdū difficultatem in opando ppter aliquas dispositiones cōtrarias ex p̄cedētib<sup>9</sup> actib<sup>9</sup> relictas magis q; habens virtutē acquisitā: assignat. S. Tho. p<sup>o</sup>. 2<sup>c</sup>. q. 65. ar. 3. ad. 2<sup>m</sup>. qz. i. per exercitiū actū q; ag generantur virtutes acquisite: tollunt̄ contrarie dispositiones. et qz virtutes infuse per huiusmodi exercitiū nō acquirunt̄: non inueniūt̄ cōtrarias dispositiones sublatas. et ideo habēs virtutes infusas: mox in p̄ncipio patit̄ difficultates in operādo. circa hoc tamē lati<sup>9</sup> scribit. S. Doc. in de virtutib<sup>9</sup> in cōmuni. ar. 10. ad. 14<sup>m</sup>. passiones inquit ad malū inclinātes nō totaliter tolluntur neq; p̄ virtutē acquisitā neq; p̄ virtutē infusam nisi forte miraculose. qz semp̄ remanet colluctatio carnis cōtra spūm etiam post virtutē. de qua dicit̄ apostol<sup>9</sup> Gal. 5<sup>o</sup>. caro cōcupiscit̄ aduersus spūm: spūm autē aduersus carnē. sed p̄ virtutē tam acquisitā q; infusam: huiusmodi passiones modificāt̄ vt ab eis homo nō effrenate moueatur. sed quātū ad aliqd̄ preualet in hoc x̄tus acquisita et q; ad aliqd̄ virtus infusa. virt<sup>9</sup> enī acquisita preualet quātū ad hoc q; talis impugnatio min<sup>9</sup> sentit̄ et hoc habet ex causa sua quia p̄ frequētes act<sup>9</sup> quibus homo assuefact<sup>9</sup> ad virtutē iā dissiuevit talib<sup>9</sup> passionib<sup>9</sup> obedire et consuevit eis resistere. ex quo sequit̄ q; minus earū molestias sentiat. sed preualet virtus infusa q; ad hoc q; facit̄ h̄mōi passiones et si st̄nulent: nullo tamē modo dominent̄. virtus autē infusa facit̄ q; nullo modo obediāt̄ cōcupiscētij peccati et facit̄ hoc infallibiliter ipsa manente. sed virt<sup>9</sup> acquisita deficit in hoc licet in paucioribus sicut et alie inclinationes naturales deficient in minori parte. ¶ Potest etiā breuiter responderi ad argumentū negando cōsequētiam. nō enī necessario requirit̄ ad rationē virtutis q; faciat̄ habētē delectabiliter. i. sine tristitia operari. nā vt p̄hs dicit. 3<sup>o</sup>. ethi. a forte nō exigit̄ vt in periculis et terribilibus delectet̄ quasi delectationē sentiat: sed sufficit q; non tristet̄. Unde ad idem argumētū in sentētia respōdet. S. Tho. in de vir. in cōmuni. ar. 10. ad. 15<sup>m</sup>. q; nō ē cōtra rōnez virtutis operari nō delectabiliter. qz quicq; ad x̄turē sufficit sine tristitia operari sic p̄hs dicit. 3<sup>o</sup>. ethi. d̄ forte. ¶ Ad 4<sup>m</sup>. d̄ q; maior est falsa sicut iacet. nā cū gratia nō stat hitus viciōsus p̄fecte et q; ad sui forma le. vñ ad simile argumētū r̄ndet. S. Tho. loco pri-

me allegato ad. 16<sup>m</sup>. q. licet p vnū actū simplicē nō corrūpant habit<sup>9</sup> acq̄siti: tamē act<sup>9</sup> cōtritiōnis habet ex virtute gratie q corrūpat habituz vicij generatū. vnde in eo q̄ habuit habituz intēperantie: cū cōterit nō remanet cū virtute tēperantie infuse habit<sup>9</sup> intēperatiōis in ratione hitus sed in via corruptionis q̄si dispositio quedā. dispositio autē nō cōtrariat habitui perfectō. ¶ Ad 5<sup>m</sup>. dicit q virtutes morales infuse sunt alteri<sup>9</sup> rationis et speciei a virtutib<sup>9</sup> acq̄sitis. et ad huius improbationē: negat cōsequētia. nō enī plus valet q̄ ista. homo ē animal alteri<sup>9</sup> speciei ab eq̄ ergo est aial equiuoce. q̄ psequētia est d̄risibilis. nec ē simile de nomine canis. qz dicitū ē animalī et de sydere celesti: nō p̄dicat aliquā vnā naturā aut realē cōceptū de vtroq; sed solū nomē ē illis cōmune. nō sic autē est d̄ virtute morali dicta de infusa et d̄ acq̄sita in quarū qlibet ē vera r̄ppria ratio virtutis moralis et cōueniunt in vna rōne generica. vñ argumētū p̄cedit ex falsa imaginatiōe arguētis. ¶ Ad. 6<sup>m</sup>. negat assumptū. et ad ei<sup>9</sup> p̄bationē negat itez assumptū quātū ad oēs sui ptes. vñ respōsio ibi data bona ē. et ad ei<sup>9</sup> improbationē: negat assumptū. nā ad recte r̄ bene cōuersandū in vita spūali: nō sufficiunt virtutes theologice sicut plene deductū fuit in sexto notabili. neq; valet itez improbatio secūde respōsionis qm̄ assumit falsum. nā fidelis habēs virtutes morales infusas: nō solū iudicat p tēperatiā infusam: tantū esse sumēdū d̄ cibo quātū expedit ad bonū regimē corpis q̄ ad ei<sup>9</sup> sanitatē cōseruādā et nelascia corpis impellat ad cōtrariū virtutis aut ponat in ei<sup>9</sup> ope difficultatē: sed etiā ad minus sumēdū d̄ cibo q̄ sufficeret ad ista. vt p talez abstinentiā corp<sup>9</sup> suū in seruitutē redigat ad opa spūalia et p̄fectionis explēda. iuxta cōsiliū dñi ab̄arthei. 5<sup>o</sup>. Estote p̄fecti sicut et pater vester celestis p̄fect<sup>9</sup> est. vñ virt<sup>9</sup> tēperatiōis infusa castigat corpus p abstinentiā cibi et pot<sup>9</sup> q̄m corporis nature valitudo patit. ita vt nō iaz ad vitam et politā humanā: sed ad vitā et ciuitatē celestēz homines ordinet. q̄b<sup>9</sup> apostolus dicebat Ep̄he. 2<sup>o</sup>. iā nō estis hospites r̄ aduene: sed estis ciues sanctorū et domestici dei. et de seipso vitā agente fm̄ virtutes infusas et ad xpm̄ tēdente: dicebat Gala. 2<sup>o</sup>. viuo autē iam nō ego: viuit vero in me xps. hāc certe apostoli vitāz nō virtutes acq̄sitis sed virtutes a deo infuse ordināt. neq; ad tantā hominis p̄fectionē sufficiūt virtutes theologice. put in sexto notabili deductū fuit. ¶ Ad argumēta Durādi cōtra quartā cōclusionē ad p̄mūz dicit q̄ p̄cedit de virtutib<sup>9</sup> moralib<sup>9</sup> acq̄sitis que

sunt circa obiecta q̄ arguēs assignat. et hoc nos cōcedim<sup>9</sup> put in septimo notabili lati<sup>9</sup> deductū fuit. vñ nō est ad p̄positū n̄re cōclusionis. Et idē dicēdū ē ad. 2<sup>m</sup>. Utrū autē eedē potentie sensitiue numero reparent aut resumant in cōmuni resurrectione corpōz: vidēdū erit in quarto libro auxiliāte dño sub disti. 44. ¶ Ad argumētū ante oppositū respōdet. S. T. p<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>. q. 63. ar. 2. ad 2<sup>m</sup>. q virt<sup>9</sup> diuinitus infusa maxime si in sua p̄fectione cōsideret: nō cōpatit secū aliquod peccatum mortale: sed virt<sup>9</sup> humanit<sup>9</sup> acq̄sita pōt secū cōpati aliquē actū peccati etiā mortalis. quia vsus habit<sup>9</sup> in nobis est n̄re volūtati subiect<sup>9</sup> vt supra dicitū est. nō autē p vnū actū peccati corrūpitur habit<sup>9</sup> virtutis acq̄sitis. habitui enī non cōtrariat directe act<sup>9</sup> sed habit<sup>9</sup>. et ideo licet sine gratia homo nō possit peccatū mortale vitare ita q̄ nūq; peccet mortaliter: nō tamē impeditur qui possit habitū virtutis acquirere p quā a malis operib<sup>9</sup> abstineat vt in pluribus et p̄cipue ab his que sunt valde rationi p̄traria. sunt etiā quedam peccata mortalia q̄ homo sine gratia nullo modo pōt vitare q̄. s. directe opponunt virtutib<sup>9</sup> theologice q̄ ex dono gratie sunt i nobis: hoc tamē infra manifestius fiet. Et in hoc articulus terminatur.

Distictio. xxxiiij. et xxxv.



Ircadi

functionē trigesimā quartāz et trigesimā quita<sup>9</sup> q̄rit vtrū dona spūs sancti sint habit<sup>9</sup> a virtutib<sup>9</sup> disticti et arguit q̄ nō. qz q̄ r̄ū diffinitio ē ea dē: ipsa q̄z sunt eadē. sed diffinitio virtutis cōuenit donis. vnūquodq; enī donuz est bona qlitas mētis q̄ recte vinitur et ē. et similiter diffinitio doni conuenit virtutibus infusis. est enī donum datio irredibilis fm̄ philosophum. ergo virtutes r̄ dona nō distinguūtur. ¶ In oppositum arguitur qz Gregorius p̄mo moraliz distinguūt septem dona q̄ dicit signari per septem filios Job a tribus vir-

turbus theologis q̄ dicit signari per tres filias Job. Et i scdo moralium distinguit eadē septē dona a quattuor virtutibus cardinalibus que dicit signari per quattuor angulos domus. ¶ In hac questione erūt quattuor articuli vt supra.



**Quantus ad ar-**

ticulū primū sit p̄ma cōclusio q̄ dona spūs sancti sunt habitus distincti a virtutibus infusis theologis et moralibus. h̄ac cōclusione tenet. S. Tho. in hac dis. 34. q. p̄. arti. p̄. Et p̄. 2. q. 68. ar. p̄. ¶ Secūda cōclusio ē q̄ dona spūs sancti remanebunt in patria alio modo q̄ in presenti vita. h̄ac cōclusione tenet. S. Tho. in hac dis. q. p̄. ar. 3. Itē p̄. 2. vbi supra. ar. 6.



**Quantus ad ar-**

ticulū secundū arguit cōtra conclusiones. Et q̄dem cōtra p̄mā arguit Scotus pbādo q̄ dona beatitudinis et fructus non sint habitus distincti a virtutibus. p̄mo qz soli illi habitus ponendū sunt in viatore q̄b̄ p̄ficiunt circa omne obiectū in via. sed h̄moi sunt septē virtutes in genere nō curādo de scientiis speculatiuis acquisitis. ergo p̄ter scientias speculatiuas acq̄sitas nō est ponendus habitus in viatore aliis simpliciter a septē virtutibus. minor p̄batur. qz omne obiectum circa q̄d viator h̄et p̄fici in via: non p̄t esse nisi deus et creatura. sed circa deū sufficēter p̄ficiunt tribus virtutibus theologis in summo q̄ p̄t p̄fici si illi habitus sint p̄fectissimi. circa creaturas vero nō loquendo d̄ speculatiuis intellectus p̄fectissime p̄ficiunt p̄ prudētia si prudētia sit p̄fectissima et d̄ omni agibili quātū ad omnē cōdicionē agibilis et p̄fectissime notā. et ita etiā quātū ad appetitū p̄fectissime p̄ficiunt tribus moralibus si sint p̄fectissime qz tam circa aliter et appetibile q̄ circa se et appetibile sibi et hoc p̄mo vel directe vel secundo p̄pter illa p̄ma et intelligēdo de istis quattuor cardinalibus q̄ sint in aliquo vn̄ habitus q̄ sit vniuersalis tēperātia vel iusticia hoc est circa omnia s̄m q̄ singule spēs iusticie sunt circa sua p̄p̄a obiecta. similiter p̄ tres virtutes theologicas sufficēter p̄ficiunt viator circa deū immediate. qz circa ip̄m vt intelligendus in via nō p̄t haberi nisi cognitio fidei. et circa ip̄m vt diligibilis in se sufficēter p̄ficiunt caritas. et circa ip̄m vt appetibilis vt cōmodū mihi p̄ficiunt spēs. sed nō cōuenit viatorem circa deū h̄re alios actus ordinatos q̄ intelligere et diligere eū in se et appetere eū mihi vt bonum

meū. igit̄ et c. cōsimilit̄ circa omne aliud obiectū a deo vt circa obiectū sufficēter p̄ficiunt viator q̄ p̄ficiunt circa ea habitibus intellectuales appetitiuis. sed isti habitus p̄ficiunt intellectū sufficēter sunt virtutes intellectuales. nā virtutes intellectuales sufficēter p̄ficiunt intellectū viatoris q̄ est possibile ad cōsiderādū et sylogizādū p̄tice. habitus etiā appetitiui et virtutes appetitiue sufficēter p̄ficiunt appetitū ad appetendū et diligendū omne diligibile in se siue in ordine ad aliud. ergo homo p̄fectus tribus virtutibus theologis et virtutibus intellectualibus speculatiuis et p̄ticiis et virtutibus moralibus ordinatis ad se et ad aliud sufficēter p̄ficiunt quantū p̄t cōpetere viatori. non ergo videtur aliq̄ necessitas ponēdi aliquos alios habitus ab istis q̄ sunt virtutes theologice et cardinales. ¶ 2. si virtutes essent alij habitus a donis: sequit̄ qz nullus ex vna pte esset idē alteri ex alia pte. cōsequēs est falsus. nā fortitudo est virtus et fortitudo est donū. Si dicat̄ qz ista fortitudo et illa sunt alteri rōnis: cōtra quia h̄nt idem obm̄ et sub eadē rōne. ergo sunt habitus eiusdem rōnis. Dicit̄ forte qz non qz virtutes p̄ficiunt modo humano: sed dona modo sup̄humāo. ¶ Cōtra illud obijctur multipliciter p̄mo sic. qz caritas est excellētissimū donū dei s̄m Augustinum 13. de trini. caplo. 19. et q̄ plus est s̄m aplm̄ p̄ Lozin. 13. si fortitudinē habuero et si tradidero corp̄ meū ita vt ardeā et c. q̄ videt̄ esse modo superhumano qz q̄rē ardeat p̄ deo: caritates autē nō habuero nihil mihi prodest. ergo videt̄ qz nullū donū excellētū p̄ficiat q̄ caritas q̄ tamen est virtus. ¶ Itē. 2. circa materiam fortitudinis cōtingit volūtātē humanā recte tenere mediū. ergo rectius et rectissime q̄ est possibile tali nature. sed hoc p̄t ex habitu fortitudinis intendere et intendere s̄m gradus qui non variāt spēm. igitur idē habitus in specie disponit hominē ad sustinendum aliquid modo p̄fectissimo et infimo. si autē non p̄t sed alio et alio: igitur ille habitus qui disponit hominē ad sustinendū in infimo gradu: de necessitate est imp̄fectus quantum ad actum suum et obiectū. qz circa terribilia sustinere: non p̄t habere rationem p̄fectionis. sed ad hoc qz aliquis habeat se perfecte circa ea: oportet vt habeat alium habitū in specie. sed pluralitas specierum non est ponenda sine necessitate manifesta vbi vna species non sufficeat quod in p̄posito non habet locum. ¶ Item 3. christus tristabatur in sua passione et vniuersaliter omnis martyr sibi dimissus si non fiebat circa eum miraculum quantūcūqz sustineret yo

luntarie: nō sine tristitia quacūq; sustinuit. sicut  
 pbatur pillud. 14. de ciuitate dei vbi arguit cō-  
 tra phos dicētes se esse beatos qz habuerūt q̄-  
 quid voluerūt. qz si p̄spera acciderūt: illa nolue-  
 rūt. si aduersa accidebāt illa voluerunt qz patiē-  
 ter sustinuerūt. cōtra eos arguit Augustin⁹ quia  
 in aduersis non habuerūt q̄d voluerūt. qz quā-  
 tum erat ex se: noluerūt ea accidere. si tamē acci-  
 derēt: voluerūt illa patiēter sustinere ne patien-  
 tia amissa miseros fierēt. et hoc psuadetur qz  
 patiētia non pōt esse circa appetibile fm se. mar-  
 tyres ergo in vita ista sustinēdo aduersa: habue-  
 runt aliqd quod non omnino voluerūt: qz obm-  
 patiētie eorū nō erat absoluta ratione volibile s̄  
 supportando patiēdū. ¶ 3rē. 4°. impossibile est  
 eundē simul agere eundē actū humane et suphu-  
 mane. ergo acq̄sito dono: euacuat virtus p̄us ac-  
 quisita vel infusa in baptismo. vel si manet: non  
 erit possibilis exire in actū suū vel nō necessario  
 qz ex p̄fectiori dono. p̄cedit exire in actū suū. q̄d  
 videtur incōueniēs potissime si sit sermo de x̄tu-  
 tibus theologis quia charitas nō euacuabit in  
 patria nec fides aut spes in via. ¶ 3tes. 5°. quia  
 illa verba humane et superhumane sunt metha-  
 phorica. qz omnis act⁹ hominis p̄prie loquēdo  
 est human⁹. sicut enī necessariū est actionē rectā  
 cōtraire fini et obiecto et alijs circumstantijs: ita  
 etiam necessariū est q̄ cōueniat ipsi opanti. non  
 enim mihi cōuenit agere quod cōuenit regi. nec  
 multo plus quod cōueniat angelo. ergo necessa-  
 rium est ad rectū hominis actū q̄ agat illuz mo-  
 do humano. quicūq; igit̄ habit⁹ infusus disponit  
 hominem simpliciter ad agēdū modo humano  
 disponit eum absolute ad agēdū illud. ¶ 3rē. 6.  
 si q̄s bene ozaret et dare et donū intellectus et  
 nō exercitaret se circa credibilia qz nō haberet fi-  
 dem acq̄sitam sine qua fides infusa nō exit i op⁹  
 posset autē opari modo superhumano qz haberet  
 donū. per te ergo possz excellēt⁹ agere circa cre-  
 dibilia q̄s alius exercitatus in sacra scriptura q̄d  
 non exprimur. imo quicūq; talis forte facili⁹ erra-  
 ret circa credibilia q̄s alius bene exercitat⁹ in sa-  
 cra scriptura. ¶ 3tem. 7°. circa tot cōuenit bene  
 ordinari humane: circa quot superhumane. er-  
 go idem est modus vtriusq;. Dicitur forte q̄ vir-  
 tutes disponunt voluntatem vt est mobilis a ra-  
 tione: sed dona perficiunt eam vt est mobilis a  
 spiritu sancto. ¶ Cōtra hoc arguitur primo quia  
 supponit falsum scilicet q̄ ratio moueat volunta-  
 tem ita q̄ virtus non sit nisi dispositio mobilis i  
 voluntate a ratione mouente. ¶ 2°. quia fm hoc  
 non ponit distinctio beatitudinū a donis. ¶ 3°.

quia ex quo deus dedit habitū voluntati: semp  
 assistit volūtatī et habitib⁹ ad act⁹ sibi cōuenien-  
 tes. sicut postq; illuminauit cecū miraculose sem-  
 per assistebat illuminato vt possz moueri illa po-  
 tentia. igit̄ p̄ idē est aliqd p̄portionatū p̄mo mo-  
 uenti et secūdo. ergo si p̄ habitum virtutis potē-  
 tia p̄portionatur sibi ipsi: per idē sufficienter pro-  
 portionat̄ spiritui sancto vt mouenti p̄mo. nō er-  
 go p̄pter istam rōnem oportet necessario pone-  
 re alios habitus. hec Scotus in forma. ¶ Cōtra  
 secundā conclusionem arguit Durādus pbādo  
 q̄ aliqua dona spiritus sancti puta cōsiliū fortitudo  
 timor pietas nō remaneant in patria q̄ ad  
 actum. p̄mo qz nulla potētia pōt in aliquē actuz  
 nisi ad presentia obiecti. sed obiecta istozū dono-  
 rum nō erunt in patria. qz donū pietatis est ad  
 cōpatiendū primo. donū timoris ad retrahēdū  
 a malo. donū consilij ad cōsulendū in dubijs. sed  
 in patria nō erit cōpassio d̄ miseria cuiuscūq;. nec  
 aliquis indigebit retractione a malo. nec erit a-  
 liqua dubitatio d̄ aliquo agēdo. igitur act⁹ hozū  
 donozum non erunt in patria. ¶ 2°. quia predi-  
 cta dona perficiunt hominem in vita actiua. sed  
 illa euacuabitur in patria. ergo et hec dona quā-  
 tum ad actus. hec ille.



Quantus ad ar-

ticulum tertiu primo notandū  
 est q̄ vt. S. Tho. deducit p̄ 2°. q. 109. ar. 9°. homo existens in  
 gratia gratūfaciente cuz qua si-  
 mul infundunt tres virtutes theologice et alie  
 omnes virtutes infuse: non pōt recte et sufficien-  
 ter operari ad cōsequendum finē vltimū supna-  
 turalem qui est de⁹ et beatitudo eterna sine spe-  
 ciali spiritus sancti motione. et hui⁹ rationē assig-  
 nat: qz licet homo p̄ gratiā sanet̄ a culpa et p̄ gra-  
 tiam simul cū virtutibus supradictis p̄ficiatur et  
 disponat̄ quodā modo fm mentē ad bene viuē-  
 dum in ordine ad supnaturalē vltimū finem: qz  
 tamē simul cū gratia et predictis virtutib⁹ rema-  
 net in homine q̄dam corruptio et imperfectio p̄  
 quam seruit legi peccati vt dicitur 1Ro. 7°. rema-  
 net etiā q̄dā ignorantie obscuritas in intellectu  
 p̄pter quā vt apostolus dicit 1Ro. 8. quid ozem⁹  
 sicut oportet nescim⁹. tum p̄pter varios rerum  
 euentus. tū etiā quia nos ipsos non p̄fecte cog-  
 noscim⁹: nō possumus ad plenū scire quid nobis  
 expediat fm illud sapiētie. 9°. cogitationes mor-  
 talium timide et incerte prouidentie nostre. et  
 ideo necesse est nobis vt a deo dirigamur et p̄te-  
 gamur qui omnia nouit et omnia pōt. et p̄pter

hoc etiā renatis in filios dei per gratiam: dicere cōuenit et ne nos inducas in tērationem et fiat voluntas tua sicut in celo et in terra et cetera q̄ in oratione dominica continent̄ ad hoc pertinētia. Ad cuius declarationē multū faciūt ea q̄. S. Tho. dicit sup epistolas Pauli exponēs dictam auctoritatem I Ro. 8. ex quibus cōsequit̄ q̄ vltra gratiam et virtutes infusas opus est q̄ vires humane disponant̄ et pficiantur per aliquos habitus supnaturales ad bene et p̄mpte recipiendū predictā spiritus sancti motionē quos vocamus dona spūs sancti. vñ Augustinus in epistola ad sextū presbyterū verbum illud apostoli tractās. similiter aut̄ et spūs adiuuat infirmitatē nostrāz I Ro. 7. sic ait. nemo recte sapit: recte intelligit: recto cōsilio ac fortitudine preualet: nemo scien- ter pius est vel pie sciēs: nemo timore casto deū timet: nisi acceperit spūm sapientie et intellect⁹ consilij et fortitudinis sciētie et pietatis et timo- ris dei. Ad quorū intellectum sciēdū est prout accipitur ex dictis. S. Tho. in hac dis. 34. q. p. ar. p. et. 2. Et p. 2. q. 68. articulis p. et. 2. q. septem dona spūs sancti que Esay. 11. enume- rant̄: duplicē actum causant in homine cui infun- duntur. p̄mus act⁹ est disponere et pficere men- tem humanā et potētias anime rationi obedibi- les ad p̄mpte sequendū specialem motionē vel instinctum spūs sancti circa ea q̄ cognoscēda vel agenda sunt in ordine ad vltimū finem supnatu- ralem. secūdus actus est specialis cuiuslibet prout dicte potentie p̄ dona disposite ac p̄fecte habent quasdam opationes supra humanū altiores et p̄fectiores saltem q̄ ad modū: q̄ virtutes etiā infuse quibus dona cor̄respondēt. vt exēpli gra- tia fides causat in fideli quendā modū cognitio- nis articuloz fidei cōnaturalē humane nature p̄ speculum. s. creaturaz et enigmata similitudinū fm̄ illud apostoli p. 1 Corin. 13. videm⁹ nūc p̄ spe- culum in enigmatē. donū autem intellect⁹ fidei respondens: eleuat mentē hominis ad altiores; modū cognoscēdi fidei articulos fm̄ q̄ Grego- rius dicit in p̄mo libro moralū q̄ donūz intelle- ctus de auditis mentem illustrat vt homo etiāz in hac vita prelibationem quandam future ma- nifestationis accipiat. put. S. Tho. notat in hac dis. 34. loco preallegato. ad quod pertinet q̄ Luce vltimo domin⁹ aperuit discipulis suis sen- sum vt intelligerent scripturas. Unde 2. 2. q. 8. arti. 6. ad. 2. S. Doc. dicit q̄ donū intelle- ctus est circa prima principia cognitionis gratui- te aliter tamen q̄ fides. nam ad fidem pertinet eis assentire: ad donum vero intellectus p̄tinet

mente penetrare ea que dicuntur. Et supra. ar. 5. ad. 3. dicendum inquit q̄ fides importat so- lum assensum ad ea que p̄ponuntur: sed intelle- ctus importat quandam perceptionem verita- tis que non potest esse circa finem nisi in eo q̄ ha- bet gratiam gratum facientem. et simile dicit de dono scientie infra q̄stione. 9. ar. 3. ad. 3. Ad uertendum tamē put. S. Tho. notat in hac dis. 34. q. p. ar. p. ad. 5. q̄ voluntas in nobis nō habet aliquā imperfectionem de rōne sui q̄ ad modum sue operationis sicut intellectus q̄ cog- noscit accipiēdo a phantasmatis. vnde i sta- tu vie deum per essentiam amamus: non autem videm⁹. et ideo non pōt accipi supra illam x̄tu- tem que est in voluntate: aliquod donū pficiens ad agendū nobilioz modo q̄ sit modus virtutis. et ideo cū donū non sit supra virtutē nisi ratione modi: non erit incōueniens q̄ virtus pficiens vo- luntatem q̄ ad sui supremū: dignioz sit quolibz dono. Idez in sentētia dicit. arti. sequēte ad p. Ex quib⁹ inferimus q̄ cum. S. Tho. dicit p. 2. q. 68. arti. S. in cor. q̄ virtutes theologice prefe- runtur donis spiritus sancti: debet intelligi d̄ vir- tutib⁹ theologicas pficientibus volūtatem. nam de fide q̄ pficit intellectum expresse dicit. S. Tho. vbi allegatum est supra: q̄ minus p̄fectam habz opationē q̄ donū intellectus vel scientie ei cor- respondens. Vel debet dictum illud intelligi de prelatione fm̄ ordinem generationis. per quez modū tres omnes virtutes theologice preferū- tur donis spūs sancti tanq̄ illorum radices quibus sit p̄ma vniō hominis ad deū. put. S. Doc. dicit p. 2. loco p̄ime allegato. ar. 4. ad. 3.

**¶ Secundo** Notāduz est put. S. Tho. deducit in hac dis. 34. ar. p. in cor. q̄ cum virtus in omnibus rebus inueniri possit fm̄ q̄ habent aliquas pro- prias operationes in quibus ad bene operandū ex propria virtute perficiuntur: loquentes tamē in morali materia de virtute: intelligimus de vir- tute humana que quidem ad operationem hu- manam bene exequendā perficit. operatio autē hominis potest dici tripliciter. primo ex poten- tia elicente vel imperante operationē sicut ope- ratio rationis vel alicuius potentie que obedit rationi quia a ratione habet homo q̄ sit homo. nutriri autem et videre nō sunt operationes ho- minis in q̄ est homo sed in q̄ est viuuz vel ani- mal. et fm̄ hoc omnes habitus perficientes ad operationes aliquas in quibus non cōmunicat homo cuz brutis: possunt dici virtutes humane. secūdo dicitur operatio humana ex materia siue

obiecto sicut ille q̄ habent p̄ materia passiones  
sive opationes humanas. sic enī virtutes moza-  
les pp̄rie virtutes humane dicunt̄. vñ dicit phi-  
losophus in. 10. ethi. q̄ opus speculative virtutis  
est magis diuinū q̄ humanū qz̄ habet necessaria  
et eterna p̄ materia nō autē humana. tertio dī  
humana ex modo qz̄ .s. in opationib⁹ humanis  
vel p̄mo vel secūdo modo: etiā mod⁹ humanus  
seruat̄. si autē ea q̄ hominis sunt supra humanuz  
modū quis exequat̄ erit opatio nō humana sim-  
pliciter: sed quodā modo diuina. vñ philosophus  
in. 7. ethi. cōtra virtutē simpliciter diuidit virtutes  
heroicā quam diuinā dicit eo q̄ per excellētiā  
virtutis homo fit q̄si de⁹. et fm̄ hoc dona a vi-  
tibus distinguūt in hoc q̄ virtutes p̄ficiūt ad a-  
ctus modo humano: sed dona vltra humanum  
modū. et ad hoc cōsonat nomē doni. illud enī  
proprie donū dici debet: quod ex sola liberalitate  
donantis competit ei in quo est et non ex de-  
bito sue conditionis. ¶ Ex quibus inferimus cū  
Sācro. Doc. loco p̄ime allegato. ar. 3. ad. 6. m.  
q̄ dona illa q̄ cōmunicant cum virtutib⁹ in obie-  
cto quod in patria remanebit: nō remanebūt in  
patria a virtutib⁹ illis distincta a quib⁹ non disti-  
guūt nisi ex imperfectione et p̄fectione in modo  
operationis. quod patet de intellectu et fide. qz̄  
vñso que fidei succedit: ad intellectus donū p̄se-  
ctum ptinet vt patet in glosa Abbathei. 5. et si-  
militer est de sapientia per quam filij dei vocabi-  
mur in comparatione ad sp̄m̄ que ad hanc celsi-  
tudinē aspirat. sed dona illa q̄ cōmunicant cū vir-  
tutibus moralib⁹ in materia que in patria nō re-  
manebunt: non remanebūt quo ad actus q̄s ha-  
bent circa materiam illam in qua cū virtutibus  
cōmunicabāt: sed q̄ ad actus quos habēt circa  
mensuram in qua non cōmunicāt. cuz virtutib⁹.  
et ideo actus illoz̄ donozū remanebūt distincti  
ab actib⁹ virtutū qui erūt in patria. et erunt act⁹  
hozū donozū medij inter act⁹ virtutū theologi-  
carum et act⁹ moralū virtutū sicut qui in patria  
remanebunt. quia act⁹ virtutū theologicarum  
erunt circa deum fm̄ se sicut charitatis in dilige-  
do ipsum. actus vero doni erunt circa deum in-  
q̄ est regula dirigens ad operandum in omni-  
bus alijs. sicut timor reverentia ad deum habe-  
bit ex qua in hac vita omnia mundi prospera cō-  
tempnit. actus vero virtutis cardinalis erit circa  
finem proprium quē quis consecutus est ex me-  
rito ijs actibus virtutum: sicut temperantie nul-  
lo defectu noxijs delectari. quales autem act⁹ ha-  
bebūt dona spūs sancti in patria deducit. S. P.  
p̄ 2. q. 68. ar. 6. ad. 2. m. dicens. Gregori⁹ in sin

gulis donis ponit aliquid quod transit in statu  
presenti et aliquid quod permanet in futuro. di-  
cit enim q̄ sapientia mentem de eternozum spe  
et certitudine reficit. quozū duozum spes transit  
sed certitudo remanet. et de intellectu dicit q̄ in  
eo q̄ audita penetrat: reficiēdo cor tenebras ei⁹  
illustrat quozum auditus transit quia non doce-  
bit vir fratrem suum vt dicitur Iheremie. 31. sed  
illustratio mentis manebit. de consilio autem di-  
cit q̄ prohibet esse precipitem quod est necessa-  
rium in presenti. et iterum q̄ ratione animū re-  
plet quod est necessarium etiam in futuro. d̄ for-  
titudine vero dicit q̄ aduersa non metuit quod  
est necessarium in presenti. et iterum q̄ confidē-  
tie cibos apponit quod p̄manet etiam in futuro.  
de scientia vero vñm tñm ponit. s. q̄ ignorantie  
ieiunium superat quod pertinet ad statum pre-  
sentem. sed quod addit in ventre mentis: pōt si-  
guraliter intelligi repletio cognitionis q̄ ptinet  
etiam ad statum futurum. de pietate vero dicit  
q̄ cordis viscera misericordie operibus replet.  
quod quidē fm̄ verba ptinet tñm ad statum pre-  
sentem. sed ipse intus affectus p̄mozu per  
viscera designatus ptinet etiā ad futurum statū  
in quo pietas non exhibebit misericordie opera  
sed congratulationis affectum. de timore vero  
dicit q̄ premit mentem ne de presentibus super-  
biat quod ptinet ad statum presentem. et q̄ d̄ fu-  
turis cibos spei confortat quod etiam ptinet ad  
statum presentem quantum ad sp̄m̄. sed pōt etiā  
ad statum futurum p̄tinere q̄ ad confortatio-  
nem de rebus hic speratis et ibi obtentis.



Quantus ad ar-

ticulum quartū respōdēdū est  
obiectionib⁹ in cōtrariū. Et q̄-  
dem ad primū Scoti cōtra pri-  
mā cōclusionem negat̄ minor.  
et ad eius p̄bationē negatur assumptū q̄ ad si-  
dem et quātū ad virtutes mozales. non enī hu-  
iusmodi virtutes sufficiunt perficere hominē  
put est mobilis a spiritu sancto in finem supna-  
turalem. vnde ad hoc argumentum respondet  
S. Tho. p̄ 2. q. 68. arti. 2. ad. 2. m. q̄ per virtu-  
tes theologicas et mozales non ita perficit̄ ho-  
mo in ordine ad vltimū finem: quin semper in-  
digeat moueri quodam superiori instinctu spi-  
ritus sancti. hec ille. cuius rationē assignat in cor-  
poze articuli. quia virtutes theologicas habent̄  
ab homine imperfecte eo q̄ in hac vita imperfe-  
cte diligimus et cognoscim⁹ deum. id autē quod

imperfecte habet naturā aliquam vel formā aut virtutem: non pōt p se operari nisi ab altero mouearur. quē admodum luna in qua natura lucis ē imperfecte: non illuminat nisi sit illuminata a sole. faciunt ad hāc solutionē que dicta sunt in primo notabili. ¶ Ad. 2<sup>m</sup>. dicit q̄ responsio ibi data bona est. et ad ei<sup>9</sup> improbatōnē dicit q̄ licet fortitudo q̄ est virt<sup>9</sup> et fortitudo q̄ est donū habeant idem obiectū et sub eadē ratione: non tū eodem modo. q̄ fortitudo q̄ est donū perficit appetitū modo superhumano. fortitudo autē que ē virtus perficit humano modo prout. S. Doc. deducit 2<sup>a</sup> 2<sup>c</sup>. q. 139. ar. p̄mo. ¶ Neq̄ valet impugnationes arguētis. nō prima naz vt dictū fuit in p̄mo notabili: ab illa generalitate qua dona sunt pfectiora virtutib<sup>9</sup>: excipit virtus charitatis. vnde obiectio nō militat cōtra nos. ¶ Neq̄ valet secūda qm̄ minor est falsa. naz quātūcūq̄ intēdat habit<sup>9</sup> fortitudinis virtutis: non pōt attingere ad pfectionē fortitudinis q̄ est donum sicut pulchre deducit. S. Tho. 2<sup>a</sup> 2<sup>c</sup>. loco p̄xime allegato. Et in hac disti. 3 4. q. p̄. ar. 2. ¶ Neq̄ valet tertia. quia licet donū fortitudinis nō precellat fortitudinē virtutis in auferēdo tristitiaz totalit<sup>9</sup> precellit tamē in alijs sicut in fiducia perueniēdi ad victoriā et finē optatū et euadendi quecūq̄ pericula iminentia. quod quidē excedit vires nature humane: sed opatur illud motio spūs sc̄ti. ¶ Neq̄ valet quarta qm̄ consequētia est nulla. nā data veritate antecedētis: posset virtus acq̄sita vel infusa manere simul cū dono nō solū quātum ad essentiā sed etiā quātum ad actū. q̄ hoc non repugnat vbi actus sunt diuersi et p̄serti diuersis tēporib<sup>9</sup>. habēs enī vtrūq̄ habitū: pōt vti seorsum vno sine alio. ¶ Neq̄ valet quinta qm̄ assumit falsum. et ad ei<sup>9</sup> probatōnē dicit q̄ p̄cedit de actu humano ex potētia eliciente vel imperāte et ex materia siue obiecto. nos autē loquimur de actu humano ex modo quādo dicim<sup>9</sup> q̄ dona perficiūt ad actus modo superhumano sed virtutes modo humano. et de hoc latius dictum est in secūdo notabili. ¶ Neq̄ valet sexta impugnatō. nam quicquid sit de propositionib<sup>9</sup> quas arguens assumit qm̄ aliq̄e patiuntur calūniam: et tamen falsum est quod vltimo infert. s. q̄ habens donū intellectus quod sine fide infusa nequaq̄ habet: errare non potest circa credibilia q̄ sunt de necessitate salutis. vnde. S. Tho. 2<sup>a</sup> 2<sup>c</sup>. q. 8. ar. 4. ad p̄m. respondet q̄ aliqui habentes gratiā gratū faciētē possunt hebetudines pati circa aliqua q̄ sunt p̄ter necessitatē salutis. sed circa ea q̄ sunt de necessitate salutis: sufficien-

ter instruunt a spū sancto. fin illud p̄<sup>o</sup> Joā. 2<sup>o</sup>. et nō necesse habētis vt aliquis doceat vos: sed vnctio eius. s. spūs sancti docet vos de omnibus. super quo interlinearis dicit. et sic fit vt docente vos interi<sup>9</sup> spū sancto: min<sup>9</sup> indigeatis extrinsecus hominū institutione doceri. ¶ Neq̄ valet septima. nam p̄ma cōsequētia est falsa et responsio ibi data est bona. et ad ei<sup>9</sup> p̄mā improbatōnem dicit q̄ imo respōsio supponit id quod ē verissimū et arguēs decipit. qm̄ obiectū volūtatis esse non pōt nisi bonū cognitū a rōne p̄positum vt lati<sup>9</sup> visum fuit in secūdo libro. ¶ Ad. 2<sup>m</sup>. negatur cōsequētia. licet enī beatitudines a donis nō distinguant sicut habit<sup>9</sup> ab habitu: distinguūt tamē sicut habit<sup>9</sup> ab actib<sup>9</sup>. Et de hoc. S. Tho. i hac dist. q. p̄. ar. 4<sup>o</sup>. Et p̄<sup>o</sup> 2<sup>c</sup>. q. 69. ar. p̄<sup>o</sup>. ¶ Ad 3<sup>m</sup>. respondet p̄mo negādo cōsequētia. nā non est idē modus assistētie q̄ deus assistit volūtati et eius habitib<sup>9</sup> qd act<sup>9</sup> sibi cōuenientes cū modo assistētie quo p̄ specialē instinctū et modo superhumano de<sup>9</sup> assistit donis spūs sc̄ti. vnde neq̄ mēs eodē modo se habet in vtraq̄ assistētia. vt enim. S. Tho. dicit. 2<sup>a</sup> 2<sup>c</sup>. q. 52. ar. 2. ad p̄mū. in donis spūs sancti mēs humana nō se habz vt mouens s̄ magis vt mota. s̄m virtutes vero magis se habet vt mouēs. ¶ Respōdetur secūdo q̄ exēplū de illuminatione ceci nati nō est ad p̄positū. qm̄ talis illuminatio facta ē ad eundē actū ad quē formantē alij oculi s̄m naturā. vnde et fuit eiusdē speciei cū alijs oculis. ac p̄ hoc mod<sup>9</sup> assistētie dei ad actū vidēdi: nō fuit specialis sed generalis qua ceteris oculis assistit. sed dona spiritus sancti p̄ficiunt hominē nō ad act<sup>9</sup> cōmuniter humanos sed ad act<sup>9</sup> sup̄humanos. et ideo dona sunt alteri<sup>9</sup> speciei a virtutib<sup>9</sup>. et per cōsequens modus assistētie diuine alteri<sup>9</sup> rōnis ē hic et ibi. Et accipit ista responsio ex his q̄. S. Tho. respōdet ad simile argumētū p̄<sup>o</sup> 2<sup>c</sup>. q. 63. ar. 4. ad. 3<sup>m</sup>. ¶ Ad argumenta Durādī cōtra secundā cōclusionē ad p̄mū dicit q̄ nō aliud concludit q̄ q̄ dona non habēt in patria eosdem actus quos habēt in statu vie quod et nos cōcedimus. verū tamen habēt alios act<sup>9</sup> qui statui patrie cōueniunt put deductū fuit in secūdo notabili. et d̄ hoc S. Tho. in hac dist. q. p̄. ar. 3. Et p̄<sup>o</sup> 2<sup>c</sup>. q. 88. ar. 6<sup>o</sup>. ¶ Ad. 2<sup>m</sup>. respōdet. S. Tho. p̄<sup>o</sup> 2<sup>c</sup>. q. 68. ar. 6<sup>o</sup>. ad. 3<sup>m</sup>. q̄ ratio illa procedit de donis q̄<sup>m</sup> ad materiā. opera enim actiue vite non erūt materia donorum sed omnia habebunt act<sup>9</sup> suos circa ea que p̄tinent ad vitam cōtemplatiuam que est vita beata. ¶ Ad argumētū ante oppositū respōdet. S. Tho. p̄<sup>o</sup> 2<sup>c</sup>. q. 68. arti. p̄<sup>o</sup>. ad. 3<sup>m</sup>. q̄



diffinitio illa datur de virtute fm̄ cōmunez modum virtutis. vnde si volumus diffinitionez restringere ad virtutes put distinguū a donis: dicemus q̄ hoc quod dicit̄ qua recte vivit: intelligendū est de rectitudine vite q̄ accipitur fm̄ regulam rōnis. similiter aut̄ donū put distinguū a virtute infusa: potest dici id quod datur a deo in ordine ad motionem ipsius quia. s. facit hominem bene sequentem suos instinctus. Et in hoc articulus terminat̄.

**Distinctio. xxxvi.**



**C**ircadi  
stinctionem tri  
gesimā sextā ter  
tij sententiarū  
et alias quattuor  
sequētes vsq̄  
ad finē tertij q̄  
ritur vtrū virtutes  
cardinales  
sint inter se con  
nexe ita q̄ q̄ ha

bet vnaz habeat omnes: et arguit̄ q̄ nō. qz dicit Beda sup̄ Lucā q̄ sancti magis humiliantur de virtutib⁹ quas non habēt: q̄ extollant̄ de virtutibus quas habēt. ergo quas dā habēt et quasdam non habēt. nō ergo virtutes sunt semp̄ cōnexe. **C**In oppositū arguitur. qz dicit Ambrosi⁹ sup̄ Lucam. cōnexe sunt atq; p̄catenate virtutes vt qui vnaz habuerit: omnes habere videat̄. **C**In hac questione erunt quattuor articuli vt supra.



**Q**uantuz ad ar  
ticulū p̄mū sit prima cōclusio q̄  
prudētia eē nō pōt sine virtutib⁹  
moralib⁹ nec econtra virtutes  
morales possunt eē sine prudē  
tia. Hāc cōclusionē tenet. S. Th. in hac dis. ar. p̄.  
Itē p̄ 2. q. 58. ar. 4. et. 5. **C**Secūda cōclusio ē  
q̄ quattuor virtutes cardinales imo et omnes vir  
tutes morales sunt adiūcē cōnexe. Hanc cōclu  
sionē tenet. S. Th. in hac distin. vbi supra. Et  
p̄ 2. q. 65. ar. p̄. Et in de vir. car. ar. 2.



**Q**uantuz ad ar  
ticulum secūdū arguendū est cō  
tra cōclusiones. Et q̄dē cōtra p̄  
mā arguit Scor⁹ pbādo q̄ non  
necessario qlibet virtus ē cōnexe

cū sua prudētia. imo q̄ rō pōt eē recta et electio  
p̄aua: et tunc prudētia pōt esse sine virtute mora  
li. **C**Primo qz dicit Augustin⁹ sup̄ illud psal. for  
te viuos deglutissent nos. vini inquit absorben  
tur qui sciūt malū esse et cōsentiūt. Itē sup̄ illud  
psal. fiat mēsa eorū corā ipsis in laqueū z cetera.  
viciosus et cōsentientes et sciētes vicio cōsentire  
non debere: ecce nouerūt mulcupulā et pedē mi  
tunt. Itē sup̄ illud psal. cōcupiuit aīa mea et ce  
tera: p̄cedit intellect⁹ sequit̄ nullus aut tardus  
affectus. **C**2. qz ad hoc videt̄ esse auctoritas z  
ratio phi. 7. ethi. ratio inq̄t aut nihil aut parum  
valet ad virtutē. si aut̄ rectitudo intellect⁹ in cō  
siderādo necessario haberet p̄ cōcomitantā re  
ctā volūtātē: cū sciētia multū faciat ad rectā cōsi  
derationē: cōsequēter multū faceret ad rectum  
velle. imo sequit̄ aliud q̄ nō oportet persuadere  
alicui q̄ nō sit viciosus: sed q̄ cōsideret fm̄ bituz  
virtutis. nam p̄ te cōsiderādo recte fm̄ habitum  
sciētie: nō pōt voluntas simul nō esse recta. et ita  
nō oportet alicui psuadere de recte volēdo s̄ de  
recte cōsiderādo. Itē p̄ rationē qz intellectu re  
cte dictate: volūtās pōt nihil agere sicut pōt nō  
eligere illud q̄ dictat̄ ab intellectu. qz simul mo  
uetur ratio ab hoc et ab illo intellectu. nihil aut̄  
eligendo: nō generat̄ in ea aliq̄ virtus. sed ex re  
cto dictamine generat̄ prudētia. ergo generabi  
tur prudētia absq; virtute morali. **C**3. qz mala  
electio nō pōt excecāre intellectū ita q̄ erret cir  
ca agibilia. pbat̄. qz termini sunt totalis causa p̄  
mi principij in p̄acticis sicut in speculabilib⁹ ex p̄  
mo posteriorū. et omnis forma sylogistica est cui  
dens ex se omni intellectui. patet ex diffinitione  
sylogismi p̄fecti p̄mo p̄ozū. ergo terminis appre  
hēsis et cōpositis et facta deductione sylogistica  
necesse ē intellectū acquiescere orationi cui⁹ no  
ticia p̄cise depēdet ex noticia terminoz p̄mi p̄i  
cipij et noticia deductionis sylogistice. ergo ipos  
sibile est volūtātē facere intellectū cōsiderantez  
p̄icipia p̄ deductionē sylogisticā errare circa cō  
clusionē. et multo magis nec circa p̄ncipia. et ita  
nullo modo excecabit̄ intellectus ita vt erret. si  
cōcedas cōclusionē et dicas q̄ ideo voluntas ex  
cecat qz auertit̄ intellectū a recta cōsideratione  
cōtra. sic auertere nō ē excecāre. nā si possz auer  
tere stāte prudētia: possibile est enī prudētē non  
semp̄ cōsiderare ea q̄ sunt prudētē sed quādoq;  
alia velle. itē velle auertere requirit aliq̄ intel  
ligere simul tēpore et p̄us natura. illud aut̄ aut ē  
dictamē recte rōnis a quo volūtās vult auerte  
re intellectū: et tūc sequit̄ q̄ velle auertere non  
est peccatū p̄ te qz stat cū recto dictamine. aut il

le act<sup>9</sup> p<sup>9</sup>rem<sup>9</sup> ipsi velle auertere ē ali<sup>9</sup> a recto dictamine. et si sit rectus: sequit<sup>9</sup> idē quod p<sup>9</sup>us. s. q<sup>9</sup> velle auertere nō est peccatū. et ita ad ipsuz nō sequit<sup>9</sup> excecatio. si autē iste act<sup>9</sup> p<sup>9</sup>rem<sup>9</sup> ipsi velle non sit rect<sup>9</sup>: nō esset excecatio sequēs ipm velle auertere q<sup>9</sup> precedit illō velle. ¶ 4<sup>o</sup>. sic. aut recto dictamine stāte volūtas male elegit: tūc hēf ppositū. aut si male elegit et illo nō stāte elegit posito aliquo alio actu intellect<sup>9</sup>: igitur iste act<sup>9</sup> non rect<sup>9</sup> erit p<sup>9</sup>rem<sup>9</sup> ad malū velle et nō erit nō rectus p aliud malū velle. et ita ppositū q<sup>9</sup> non est circūl<sup>9</sup> ppter pcessum in infinitis causis z causatis. et p cōsequēs volūtas nō excecatur ad illud malū dictamē: q<sup>9</sup> p te male velle sequit<sup>9</sup> ad illud ¶ 5<sup>o</sup>. q<sup>9</sup> nullus in via est omnino incorrigibilis. ergo nullus pōt omnino errare circa pma pncipia p<sup>9</sup>atica. pbat<sup>9</sup> cōsequētia. quia errās circa pncipia pma p<sup>9</sup>atica: nihil habet p qd possit p<sup>9</sup>mo ueri ad bonū. quecūq<sup>9</sup> enī p<sup>9</sup>uasio fiat ei: negabit assumptū q<sup>9</sup> nihil pōt euidēt<sup>9</sup> assumi q<sup>9</sup> p<sup>9</sup>imuz pncipiū. ¶ 6<sup>o</sup>. q<sup>9</sup> dānati nō acq<sup>9</sup>escūt huic tāq<sup>9</sup> vero: deo esse obediēdū. q<sup>9</sup> tūc nō haberēt vermen de quo Esāie vltimo. vermis eorū non moriet<sup>9</sup>. nā simpliciter delectabilis odirent deū sine remorū cōsciētie. patet igit<sup>9</sup> ex istis q<sup>9</sup> rectū dictamē possit esse in intellectu absq<sup>9</sup> recta electione illius dictati in volūtate. et ita cū vnic<sup>9</sup> act<sup>9</sup> rect<sup>9</sup> dictatū generet prudētā vel multi frequētati: generabitur ibi prudētā absq<sup>9</sup> omni habitu virtutis moralis. hec Scot<sup>9</sup> in forma. ¶ Cōtra secundā cōdusionē arguit idē Scot<sup>9</sup> p<sup>9</sup>bando q<sup>9</sup> virtutes morales nō necessario sunt inter se cōnere. p<sup>9</sup>mo q<sup>9</sup> virt<sup>9</sup> est aliq<sup>9</sup> pfectio hominis et nō totalis q<sup>9</sup> tunc sufficeret vna virt<sup>9</sup> moralis. quando autē sunt plures pfectiones partiales alicui: pōt illud esse pfectū fm vnā perfectionē et impfectū factū fm aliā. sicut apparet in hoīe cui<sup>9</sup> est habere multas partes organicas et ideo pōt habere vnā perfectionē in summo nihil habēdo de alia puta esse in summo disposit<sup>9</sup> ad visum vel ad gustū: nihil habēdo de auditu. pōt ergo aliq<sup>9</sup> habere pfectionē respectu materie tēperatiē in summo nihil habēdo d pfectionē q<sup>9</sup> requirit<sup>9</sup> respectu materie alteri<sup>9</sup> pfectionis. et p cōsequēs pōt eē simpliciter tēperat<sup>9</sup> etiā ad quecūq<sup>9</sup> hituz tēperatiē etiā si nō sit fortis. non tamē est simpliciter moralis sine omnib<sup>9</sup> sicut nō est pfecte sentiēs sine omnibus sensib<sup>9</sup>. sed nō min<sup>9</sup> pfecte tēperatus: licet sit minus pfecte moralis. sicut nō est min<sup>9</sup> pfectus vidēs vel min<sup>9</sup> pfect<sup>9</sup> audiēs: licet sit minus pfectus sentiēs. ¶ 2<sup>o</sup>. nam virt<sup>9</sup> est habitus electiuus in medietate cōsistens quo ad nos deter-

minata ratione vt sapiens determinabit. sed sine coexistētia aliarū virtū in eodē opante potest esse talis conformitas tā habit<sup>9</sup> q<sup>9</sup> act<sup>9</sup> ad rectā rationē fm quā elegit. igit<sup>9</sup> et c. assumptū patet. nā non recte eligit circa materiā tēperatiē nisi precedēte recta rōne dictate de tali eligibili. pōt autē pcedere rectū dictamē circa materiā vnus absq<sup>9</sup> omni recto dictamine circa materias alterius virtutis. ¶ 3<sup>o</sup>. q<sup>9</sup> aliq<sup>9</sup> pōt excitari circa materiā vni<sup>9</sup> virtutis et nō alteri<sup>9</sup> q<sup>9</sup> nō occurrit sibi oportunitas agēdi circa materiā alteri<sup>9</sup> virtutis. ergo pōt acq<sup>9</sup>erere habituz vnus sine habitu alterius. Cōfirmat<sup>9</sup>. q<sup>9</sup> ille cui nō occurrit oportunitas agēdi circa materiā alterius virtutis: nō inclināf ad hoc sicut ad illud cuius habet hituz. ¶ Dicit<sup>9</sup> primo q<sup>9</sup> si materia alterius virtutis nō occurrat exterius: occurrit tamē in p<sup>9</sup>batasmatibus et circa illa oportebit recte eligere: alias virtus acq<sup>9</sup>sita in nullo gradu saluabit<sup>9</sup>. contra hoc arguit<sup>9</sup> q<sup>9</sup> possibile ē intellectū illa nō cōsiderare sed tm illa ad q<sup>9</sup> inclināf habit<sup>9</sup> virtutis. q<sup>9</sup> nō cōtinuit intellectū duo simul distincte intelligere s<sup>9</sup>z cōmuniter loquētes. aut si occurrūt: p<sup>9</sup>tinēt ad aliā virtutē potest volūtas nō eligere tūc illa nec bene nec male sed p<sup>9</sup>cipere nō considerationē illorū et cōsiderationē istorū q<sup>9</sup> p<sup>9</sup>tinēt ad virtutē quā habet. ¶ Dicit<sup>9</sup> 2<sup>o</sup>. q<sup>9</sup> licet vn<sup>9</sup> habit<sup>9</sup> possit acq<sup>9</sup>eri sine alio: tamē null<sup>9</sup> habit<sup>9</sup> quātūcūq<sup>9</sup> intensus habet rōnem virtutis nisi sit cōformis alijs virtutibus. q<sup>9</sup> cōcordia habit<sup>9</sup> ad habitū: est necessaria in quolibet actu virtutis. ¶ Cōtra hoc arguitur p<sup>9</sup>mo. q<sup>9</sup> ex hoc sequit<sup>9</sup> q<sup>9</sup> qlibet virt<sup>9</sup> ē alteri ratio essendi virtutem. cōsequēs est falsum. tenet cōsequētia. nā si habit<sup>9</sup> ille tēperatiē nō est virt<sup>9</sup> nisi q<sup>9</sup> cōcomitat<sup>9</sup> aliā virt<sup>9</sup> puta fortitudo ergo fortitudo virtus inquantū cōcomitans eam erit illi habitui ratio essendi virtutē. et pari rōne tēperatiā ecōuerso vt cōcomitans erit fortitudini ratio essendi virtutē et qlibet erit ratio alteri. sed falsitas cōsequētis patet. q<sup>9</sup> sequit<sup>9</sup> q<sup>9</sup> aliq<sup>9</sup> erit virtus ante q<sup>9</sup> sit virt<sup>9</sup>: et q<sup>9</sup> nulla erit pma virtus. et ita nulla erit virt<sup>9</sup>. p<sup>9</sup>ratio istorū. q<sup>9</sup> accipiamus illū habituz de genere qlitatis qui dicit<sup>9</sup> tēperantia: si iste nō pōt esse virt<sup>9</sup> nisi concomitante alia virtute que dicitur fortitudo: ergo fortitudo est prius virtus q<sup>9</sup> tēperantia sit virt<sup>9</sup>. et cum fortitudo non possit esse virtus nisi cōcomitante virtute tēperantie ex hypotesi: ergo fortitudo prius fuit virtus q<sup>9</sup> esset virtus. et per idem patet q<sup>9</sup> nulla erit prima virt<sup>9</sup> quia nō potest esse sine concomitantia aliarum virtutuz et hoc habituum rationem virtutuz ex hypotesi.

nec aliqua alia est prima quia nulla alia potest esse virtus sine concomitantia temperantie ut est virtus. Si dicatur ad hoc quod aliqua potest esse virtus habens secum omnes virtutes concomitantes et licet in ratione qua est talis habitus unus preceat alius; non tamen in ratione qua est virtus. sed omnes habitus siue prius siue posterius geniti habent rationem virtutis ex ratione propria et ex concomitantia mutua. Contra hoc arguitur. quia tunc sequitur quod unus actus generabit omnes virtutes morales in esse virtutis moralis quod videtur esse inconueniens. probatur consequentia. quia pone illum habitum qui est temperantia genitum et consequenter habitum qui est fortitudo genitum ad similem gradum. tandem nullus istorum habituum erit virtus quousque quilibet habitus erit in eodem gradu in quo est virtus. aut igitur quilibet habitus erit ante illum virtus; aut non. si sic; habetur propositum quia poterit unus habitus esse virtus sine alio et ita non esse conexio virtutum. si non; ergo omnes habitus simul fient per unum actum in esse virtutis quod videtur inconueniens. quia iste actus videtur esse actus unius virtutis et sicut esset unus si esset virtus generata: sic est generatiuus unius. ergo non omnium. ¶ 2. contra istam responsionem quia rationabilius videtur species eiusdem generis in virtutibus moralibus esse conexas quam duo genera. quia magis inclinatur aliquis ad ordinate se habendum circa materiam magis coniunctam ex virtute quam habet: quam circa remotam magis. sed materie specierum eiusdem generis virtutis sunt magis conexas quam materie diversorum generum. sed species eiusdem generis virtutis non sunt conexas puta virginitas et castitas coniugalis. igitur et cetera. hec Scotus.



Quantus ad ar-

ticulum tertium primo notandum est putat S. Tho. deducit de veri. q. 16. ar. 2. quod natura in omnibus operibus suis bonum intendit et conseruationem eorum que per operationem nature fiunt. et ideo in operibus nature omnibus semper principia sunt permanentia et immutabilia et rectitudinem conseruatiua. principia enim manere oportet ut dicitur in primo philosophie. non enim posset esse aliqua firmitas vel certitudo in his que sunt a principijs nisi principia essent firmiter stabilia. et ideo est quod omnia immutabilia reducuntur ad aliquod primum immobile. inde est etiam quod omnis speculatiua cognitio derivat ab aliqua certissima cognitione circa quam error esse non potest que est cognitio primorum principiorum vniuersalium ad que

omnia alia cognita examinantur et ex qua omne verum approbat et omne falsum respuit. in quibus si aliquis error accidere posset: nulla certitudo in tota sequenti cognitione inueniretur. vnde et in operibus humanis ad hoc quod in eis aliqua certitudo esse possit: oportet aliquod principium esse permanentis quod certitudinem immutabilem habeat ad que omnia opera examinentur. ita quod illud principium permanentis omni malo resistat et omni bono assentiat. et hoc est synderesis cuius officium est remurmurare malo et inclinare ad bonum. est enim synderesis habitus primorum principiorum operabilium que sunt vniuersalia principia iuris naturalis circa que non contingit errare: quauis ratio aliquando erret in applicando non recte vel in non applicando ipsa vniuersalia principia iuris ad particulare operabile. ipsa enim cognitio synderesis secundum se siue actu siue habitum nec deficere nec extingui potest. de cuius cognitionis lumine dictum est in psalmo. signatum est super nos lumen vultus tui domine. iste habitus synderesis est qui virtutibus moralibus prestat finem in quem naturaliter tendunt. scilicet bonum secundum rationem. ut etiam Dionysius dicit. 4. ca. 8. diuini. non bonum hominis est finem rationem esse. sicut autem synderesis est finem prestatuere virtutibus moralibus per vniuersalia principia iuris naturalis ad opus dirigentis: ita et virtus prudentie est disponere et rectificare de his que sunt ad finem consiliando iudicando et precipiendo. quorum trium actuum tertius. scilicet precipere principalior actus est prudentie completus ipsius rationem. qui quidem actus consistit in applicatione eorum que per consilium et iudicium rationis practice et prudentie determinata sunt ad operandum. vnde sicut ad bonam hominis operationem requiritur virtus moralis in parte appetitiua per quam homo conuenienter disponit ad finem debitum qui est bonum secundum rationem: ita et requiritur in parte cognitiua virtus prudentie per quam homo recte disponat circa ea que sunt ad finem. oportet enim quod ratio pratica perficiat aliquod habitum ad hoc quod recte iudicet de bono humano secundum singula agenda. et hic habitus dicitur prudentia cuius subiectum est intellectus practicus. nam quia bonum multipliciter contingit et non eodem modo est in omnibus: requiritur iudicij prudentia per quam recte modus operandi in singulis statuatur. vnde philosophus dicit in 2. ethicorum. quod medijs in virtute morali determinatur secundum rationem rectam. scilicet per prudentiam. et quia ex hac rectitudine omnes habitus appetitiue virtutis rationi subiiciuntur et conformantur: inde est quod prudentia est forma omnium virtutum appetitiue partis que dicuntur morales. Sciendum tamen quod sicut virtutes morales esse non possunt absque prudentia: ita et prudentia non potest esse sine virtutibus moralibus. cuius rationem assignat S. Tho. 2. q. 58. ar. 5. quod prudentia dicitur non

est reclaratio agibilium. nō autē soluz in vniuersali sed etiā in particulari in quib⁹ sunt actiones. recta autē ratio preexigit p̄ncipia ex quibus ratio p̄cedit. oportet autē rōnes circa p̄ncipia p̄cedere nō solū ex p̄ncipijs v̄lib⁹ s̄ etiā ex p̄ncipijs p̄ncipialib⁹. Circa p̄ncipia q̄dē vniuersalia agibiliū homo recte se b̄t p̄ naturalez intellectū p̄ncipiorum per quē homo cognoscit q̄ nullū malū est agendū. vel etiā p̄ aliquā sciētiam p̄nticam. sed hoc non sufficit ad recte ratiocinandū circa particularia. contingit enī quādoq; q̄ h̄moi vniuersale p̄ncipiū cognitū per intellectū vel sciētiam: corrūpitur in particulari per aliquā passionem. sicut cōcupiscēti quādoq; cōcupiscētia vincit: videtur hoc esse bonum quod cōcupiscit licet sit cōtra vniuersale iudiciū ratiōis. et ideo sicut homo disponitur ad recte se habendū circa p̄ncipia vniuersalia p̄ intellectū naturalem vel per habitū scientie: ita ad hoc q̄ recte se habeat circa p̄ncipia p̄ncipialia agibiliū q̄ sunt fines ex his enī sumit ratio agendoruz: oportet q̄ pficiatur per aliquos habit⁹ s̄m quos fiat quodā modo homini cōnaturale recte iudicare de fine. et hoc fit per virtutem moralem. s̄tuosus enī recte iudicat de fine virtutis qz qualis vnusquisq; ē talis finis videt ei vt d̄ in. 3.º ethi. et ideo ad rectam rationem agibiliū que est p̄ndētia: requiritur q̄ homo habeat virtutē moralem.

**¶ Secundo** Notandum est q̄ vt S. Tho. dicit p̄ 2.º q. 77. ar. p̄. passio appetitus sensitui non p̄t directe trahere aut mouere voluntatē: sed indirecte potest et hoc dupliciter. vno q̄dē modo s̄m quādam abstractionē. cum enī omnes potentie anime in vna essentia anime radice: necesse ē q̄ quādo vna potētia intēdit in suo actu: altera in suo actu remittatur vel etiā totaliter in suo actu impediatur. tum quia omnis virtus ad plura dispersa: fit minor. vnde econtrario quādo intēditur circa vnū: minus p̄t ad alia dispersi. tum qz in operib⁹ anime animalibus requirit̄ quedam intentio quedum vehemēter applicat̄ ad vnum non p̄t alteri vehemēter attendere. et s̄ hūc modū per quādā distractionē quādo mot⁹ appetitus sensitui fortificat̄ s̄m quācūq; passionē: necesse est q̄ remittat̄ vel totaliter impediatur motus proprius appetit⁹ rationalis qui est voluntas. alio modo ex parte obiecti voluntatis quod est bonum ratione apprehensum. impeditur enī iudiciū et apprehensio ratiōis p̄pter vehemētem et inordinatam apprehensionē imaginationis et iudiciū virtutis estimatiue vt patet iamē

tibus. manifestum est autē q̄ passionem appetit⁹ sensitui sequitur imaginationis apprehensio et iudiciū estimatiue. sicut etiā dispositionem lingue: sequitur iudiciū gustus. vnde videm⁹ q̄ homines in aliqua passione existētes: nō facile imaginationē auertunt ab his circa que afficiuntur. vnde per cōsequēs iudiciū ratiōis plerūq; sequitur passionē appetit⁹ sensitui. et per cōsequēs mot⁹ voluntatis qui natus ē semp sequi iudiciū ratiōis. Ad quod sciēduz est. put. S. Tho. dicit in. q. d. malo. q. 3. ar. 9. in cor. q̄ passiones anime cum sint in appetitu sensitui: sunt circa particularia. cōcupiscit enī homo hāc delectationem sicut et sentit hoc dulce. sciētia autē est in vniuersali et circa vniuersalia. put p̄bs dicit p̄mo poste. et qz act⁹ et operationes sunt circa particularia. put p̄bs dicit p̄mo metha: ideo vniuersalis sciētia nō est p̄ncipiū alicui⁹ opationis nisi s̄z q̄ applicatur ad particulare. quādo ergo passio ē fortis circa aliq̄d particulare: repellit contrariū motum sciētie circa idē particulare nō solū distrahēdo a cōsideratione sciētie: sed etiā corrūpendo p̄ viam p̄trarietatis. ita q̄ ille qui in forti passione est cōstitutus et si cōsideret quodā modo in vniuersali: ipeditur tamē ei⁹ cōsideratio in particulari. ac p̄ hoc ratio in indicando et voluntas in operando: trabunt a passione appetit⁹ sensitui.

**¶ Tertio** Notandū ē q̄ sciētia d̄ operabili quāq; habet in vniuersali et nō in particulari. vt si aliquis habens sciētia q̄ nulla fornicatio ē p̄petranda: ignoret v̄l nō hēat sciētia d̄ hoc actu fornicationis q̄ nō sit p̄petrādū. vtrāq; autē sciētia cōtingit h̄i et in habitu et in actu. p̄t enī cōtingere q̄ h̄is rectā sciētiam de opabili nō solū in v̄l s̄ etiā in particulari i habitu: actu nō p̄sideret de illo. hoc autē dupliciter p̄t cōtingere. quāq; q̄dēz cōtingit ex solo defectu intētionis vt cū hō h̄is sciētia geometrie: nō intēdit ad cōsiderādū geometrie cōclusiones q̄s in p̄mptu cōsiderare posset. quāq; vero homo nō cōsiderat actu id q̄d scit i habitu: p̄pter aliq̄d impedimētū supueniēs. et isto modo ille q̄ est i passione cōstitut⁹ nō cōsiderat in particulari et in actu id q̄d scit in vniuersali et habitu. ipedit enī passio talē cōsiderationē tripliciter. p̄mo q̄dem p̄ quādā distractionē sicut dicit̄ ē in p̄cedēte notabili q̄ dū mot⁹ appetitus sensitui fortis est s̄m aliquā passionē: necesse ē q̄ remittat̄ v̄l totaliter impediāt iudiciū rōnis et per consequens motus appetitus rōnalis q̄ est voluntas. secundo impedit per cōtrarietatem qz plerūq; passio inclināt ad cōtrariuz eius quod sciētia vniuersalis habet. tertio impedit

aliquando p̄ mutationē corp̄alē ex qua rō q̄dā modo ligatur ne libere in actum exeat. sicut etiā somn⁹ vel ebrietas quadāz corp̄ozali trāsmutatione facta: ligat vs̄um rationis. et q̄ hoc contingat in passionibus: ex eo apparet q̄ quando passionēs multū int̄duntur: homo amittit vs̄uz rōnis. multi nāq; p̄pter excessū amoris aut ire sūt in infantiā cōuersi. his igit̄ modis passio trahit rōnem ad iudicādū in particulari cōtra sciētīā quā habet in v̄li aut in h̄itu. trahit aut̄ quadā sui delectatione. vt enī. S. Tho. dicit. 2.º 2.º. q. 15. ar. 3.º. in cor. delectatio applicat int̄tione ad ea in quib⁹ aliq̄s delectat̄. vnde et p̄hs dicit in. 1.º. et hi. q̄ vnusquisq; ea in quib⁹ delectat̄ optime operat̄: cōtraria vero nequaq; vel debilit̄. et inde est q̄ vitia carnalia. s. gula et luxuria q̄ versant̄ circa delectationes tactus q̄ sunt vehemētissime: maxime trahūt hominis int̄tionez a spiritualib⁹ et intel ligibilib⁹ ad corp̄alia et sensibilia. vnde qz ad rectam et bonā opationē vtraq; sciētīa requirit̄ de opabili. s. vniuersalis et particularis et nō solum in habitu sed in actu: consequēs est q̄ quādo passio appetit⁹ sensitui ipedit iudiciū actuale rōnis de re opabili in particulari: deficiat recta electio et recta opatio. ac p̄ hoc sequit̄ q̄ stante in rōne vera sciētīa in vniuersali de re opabili: possit cōtingere peccatū ex defectu sciētīe in particulari. nā in potestate volūtatis est huiuscemodi ligamen rationis auferre eo q̄ applicare int̄tione ad aliquid vel nō applicare: in potestate volūtatis existat. vñ act⁹ cōmissus p̄cedēs ex tali rationis ligamine: volūtari⁹ ē et a culpa etiāz mortali non excusat̄. Accipiunt̄ premissa ex dicti. S. Tho. p̄ 2.º q. 77. ar. 2.º. Et in de veri. q. 24. arti. 5. in cor.

**Quarto** Notādū est. put. S. Tho. dicit in. q. 8. malo. q. 3. ar. 9. ad. 7.º. q̄ cū act⁹ peccati et virtutis sit s̄z electio: electio aut̄ est appetit⁹ p̄cōsiliari: cōsiliū vero est q̄dā inq̄sitiō: necesse est q̄ in quolibet actu virtutis vel peccati sit q̄dam deductio quasi sylogistica. sed tamē aliter sylogizat̄ tēperatus aliter intēperat⁹: aliter cōtinēs aliter incōtinēs. tēperat⁹ enī mouet̄ tñm s̄m iudiciū rōnis. vñ vtitur sylogismo triū p̄positionū sic deducēs. nulla fornicatio est cōmitēda. hic act⁹ est fornicatio. ergo nō est faciēda. intēperat⁹ vero totaliter sequitur cōcupiscētīā et ideo etiā ipse vtit̄ sylogismo triū p̄positionū quasi sic deducēs. omni delectabili ē fruēdū. hic act⁹ est delectabilis. ergo hoc ē fruēdū. sed tā cōtinens q̄ incōtinens dupliciter mouetur. s̄m rationem q̄dem: ad vitandum peccatum. s̄m cōcupiscētiam vero: ad cōmitendum.

sed in continente vincit iudiciū rationis. in in continēte vero mot⁹ concupiscētīe. vnde vt̄ qz vtitur sylogismo quattuor p̄positionū: sed ad cōtrarias conclusiones. continēs enim sic sylogizat̄. nullum peccatū est faciēdum. hoc p̄ponit s̄z iudiciū rōnis. s̄m vero motū cōcupiscētīe: versatur in corde eius q̄ omne delectabile est p̄sequendū. sed quā iudiciū rationis in eo vincit: assumit et cōcludit sub p̄mo. hoc est peccatū: ergo non ē faciēdū. incōtinēs vero in quo vincit mot⁹ concupiscētīe: assumit et cōcludit sub secūdo. hoc est delectabile: ergo est p̄sequendū. et talis proprie est q̄ peccat ex infirmitate. et ideo patet q̄ licet sciat in vniuersali: nō tamē scit in particulari qz nō assumit s̄m rōnē sed s̄m cōcupiscētīā. simile dicit p̄ 2.º. q. 77. ar. 2. ad. 4.º. Et quib⁹ inferimus q̄ licet deductio cōclusionis recte ex p̄mis p̄cipijs sit euidēs ex se: non tamē est euidēs omni intellectui. qz non intellectui excecato vel impedito p̄ passionē appetit⁹ sensitui. imo tali intellectui videtur magis approbāda deductio ad cōtrarias cōclusiones p̄ p̄incipia appetit⁹ sensitui.

**Quinto** Notādū est p̄ declaratione secunde cōclusionis q̄ virtus dupliciter potest considerari. vno modo s̄m esse ipsius incōpletum: et sic virtus dicit̄ quedam inclinatio ad virtutis actūz sive talis inclinatio sit in nobis a natura sive ex assuetudine. s̄m q̄ Job. 31. dicitur. ab infantia creuit mecum miseratio et de vtero egressa est mecum. huiuscemodi autē inclinatio rōnem virtutis nō habet: qz virtute nullus male vtit̄. put Augustin⁹ dicit. p̄dictis aut̄ inclinationib⁹ pōt aliq̄s male vti si cū indifcretionē vtat̄. sicut equus si vsū careret: tāto fortius impingeret: quāto fortius curreret. et isto modo capiēdo virtutē nō omnes virtutes simul insunt omnib⁹: sed quidā habēt inclinationē ad vnū quidā ad aliud. Alio modo pōt cōsiderari virtus s̄m esse p̄fectum s̄m q̄ virtus a p̄ho diffinitur q̄ bonū simpliciter facit habentē et op⁹ ei⁹ bonum reddit. et isto modo distinguēdū ē d̄ virtutib⁹ moralib⁹. nam q̄dam sunt infuse et d̄ istis loquendo omnes virtutes sunt adinuicēz cōnexę etiam q̄ ad ipsozū habitūū essentias. cōnectuntur autē in charitate et gratia cum qua omnes simul a deo infundunt̄. alie sunt virtutes morales acquisite ex actibus: et de his iterum distinguendum est. nam quedam perficiunt homines circa ea q̄ cōmuniter i vita hoiz occurrūt agēda. et huiuscemodi virtutes etiāz quantū ad ipsozū hitūz essētias ad iuicē sunt cōnexę: ea ratione qz cū hō

simul exercitef erga materias harū virtutum: si mul ex exercitio actū huiuscemodi virtutes acquirunt et aggenerantur quantum ad habitus. quedam vero virtutes sunt q̄ perficiunt hominē non fm̄ cōmunem hominum statum sed fm̄ aliquem statum eminentē quēadmodū magnanimitas et magnificentia. et qz exercitiū circa materias harum virtutum nō occurrit vnicuiqz hominū cōmuniter: ideo non simul actu cū omnib⁹ alijs acquiruntur et aggenerant. et per cōsequēs nec huiuscemodi virtutes sunt omnib⁹ alijs virtutibus aut ad se inuicē actu cōnere q̄m ad ipsas habituū essentias. verūtāmē sunt omnibus alijs acquisitis cōnere virtute z in potētia propiua. tum qz dum aliquis p̄ exercitiū erga mediocres donationes et sumptus adept⁹ est liberalitatez modico exercitio acquirat magnificentie habitus si ei supueniat abundātia pecuniarū. et qz qd̄ parum deest quasi nihil deesse videtur. put̄ philoso phus dicit. 2.° phy. inde est q̄ cū alijs virtutibus que cōmuniter habent: etiam iste virtutes haberi dicuntur illo modo quo habere dicimur id qd̄ in p̄mptu est vt habeam⁹. tum etiā quia p̄ exercitiū actū simul cū alijs virtutib⁹ moralib⁹ acquiruntur prudentia que circa omnes generalit̄ materias virtutū versatur eo q̄ ex eodez principio circa omnes p̄cedit. s. ex intentione boni fm̄ rōnem. vñ non pōt esse q̄ prudentia acquiratur fm̄ vnam partē materie moralis virtutis et non s̄z aliam: sed q̄m ad omnes generaliter acquiruntur. et quia prudentia radix est et forma omnium virtutum moralium est enim recta ratio agibilium vt dicit. 6.° ethi. ideo in prudentie habitu virtute cōtinentur morales virtutes que nondū actu acquisite sunt per exercitiū circa propas materias. nam prudentia et ex sui natura et ex hoc ipso q̄ circa materias virtutū que in vsuz vite cōmuniter veniunt assuefacta: et modū rationis imponere et inferiorib⁹ viribus imperare: vi habz circa materias aliarū virtutū quādo cūqz occurrerint debitū modū rōnis imponere et viribus inferioribus ad obediēdū recte rōni p̄cesse. loquimur in p̄missis d̄ virtutib⁹ moralib⁹ nō de intellectualibus excepta prudentia q̄ cū moralib⁹ etiā cōputatur rōne materie circa quā est: licet q̄m ad sui essentia vel subiectū sit virtus intellectualis. vñ quātū est ad p̄positū n̄z duplex differētia assignari pōt inter morales virtutes z intellectuales. prima est qz virtutes intellectuales non sunt coordinate ad inuicē eo q̄ sint circa diuersa rerum genera quoz principia sunt disparata. virtutes aut̄ morales sunt ad inuicē coordinate et habēt

eadem principia. s. bonū rationis quod ē omnium virtutum moralium finis: et eadē p̄ma principia intellectus p̄atici et eundē modū p̄cedēdi. s. s̄z conformitate ad rationē. secunda differētia ē qz in virtutibus intellectualib⁹ nō se habēt cōuertibiliter p̄ncipia et cōclusiones ita. s. q̄ quicūqz hēt principia hēt cōclusiones sicut patet in discipulo et addiscēte. in moralib⁹ aut̄ p̄uertibiliter se hēt p̄ncipia et cōclusiones sic q̄ qui hēt illa: hēt istas et ecōtra sicut ex primo notabili patet.



**Quantuz ad ar-**  
 ticulū quartū respōdēdū est oblectionib⁹ contra conclusiones. Et quidē ad p̄mum Scoti contra primā cōclusionē dicit q̄ ex omnib⁹ illis auctoritatib⁹ nō aliud p̄cludit q̄ q̄ sciētia p̄atica stare pōt cū p̄uersa electione i vñ tamē vel in hitu qd̄ n̄e p̄clusioni nō obstat. s̄ nō p̄bat q̄ p̄uersa electio stare possit cū virtute prudentie aut ecōtra. nō enī est idē dictu sciētia p̄atica et prudentia. vñ. S. Tho. in de vir. in cōmuni arti. 6.° ad p̄m. prudentia inquit plus importat q̄ sciētia p̄atica. nā ad sciētia p̄aticā pertinet vniuersale iudiciū de agēdis sicut fornicationez esse malam furtū nō esse faciendū et h̄mōi. qua q̄dez sciētia existēte: contingit in particulari actu iudiciū rationis intercipi vt nō recte iudicet. et p̄p̄ hoc d̄ a p̄ho. 2.° ethi. parū valere ad virtutes: qz ea exīte cōtingit hominem cōtra virtutē peccare. sed ad prudentiā p̄tinet recte iudicare d̄ singulis agibilib⁹. put̄ sunt agēda. qd̄ quidē iudiciū cōrū pitur p̄ quodlibet peccatū. et ideo prudentia manēte: hō nō peccat. vñ ipsa non parū s̄ multū ad virtutē cōfert imo ipam virtutē causat. hec ille. et circa hec lat⁹ dictū fuit i secūdo et tertio notabili. Et p̄ hec patet respōsio ad auctoritatē p̄bi q̄ i secūdo argumēto ad ducit. Itēqz valēt q̄ arguēs in eodē secūdo argumēto vlteri⁹ obijcit. non primū nā cōsequētia est nulla. p̄cedit enim ex falso supposito. s. ac si nos dicerem⁹ q̄ sola sciētia p̄atica sufficiat facere hominem virtuosuz: aut q̄ cū rectitudine scientie p̄atice stare non possit p̄uersitas electiois. hoc aut̄ nos nō dicim⁹. sed dicim⁹ q̄ p̄uersitas electionis stare nō pōt cū prudentia qd̄ est aliud dictu ab illo. item dicim⁹ p̄suadēduz esse homini de recte volēdo. qm̄ recta cōsideratio de agibilib⁹ in vniuersali et particulari p̄fertī p̄ceptina q̄ est. p̄pria prudentie: h̄ri nō pōt sine actu recto volēdi. Itēqz valet. 2.° qz dato illo casu: nec ex recto dictamine gēniraret prudentia ad cuius gēnrationē nō sufficit dictamē recte rōnis

sed requiritur aggeneratio virtutum moralium prout deductum fuit in primo notabili. unde minor, propositio est falsa loquendo de solo recto dictamine. Ad. 3<sup>m</sup>. dicitur primo quod arguens falsum assumit contra nos, non enim dicimus quod mala electio excecatur intellectum, imo contra dicimus quod excecatio intellectus causat malam electionem. Dicitur secundo quod sequens argumentatio non valet. nam falsum est quod omnis forma syllogistica recta sit evidens omnino intellectui, quia non intellectui prava inspecto seu turbato passione, et de hoc dictum fuit in quarto notabili. Cetera autem que arguens implicat, procedunt ex falso supposito supra dicto, scilicet nos dicere quod mala electio excecatur intellectum ita quod necessario presupponatur ad intellectum cecitatem quod falsum est. Ad. 4<sup>m</sup> dicimus quod stante recto dictamine in universali voluntas potest male eligere pro eo quod dictamen in particulari et in actu non stat rectum, et cum arguens infert quod actus dictaminis non rectus erit premissus ad malum velle: concedimus, admittimus etiam quod potest esse non rectus non per aliud malum velle sed propter falsam estimationem ex passione appetitus sensitivi suborta, et ita cessat circulus et processus in infinitum, unde arguens procedit in hoc etiam argumento ex premissis falso supposito quod scilicet si nos voluntas mala excecatur intellectus. Ad. 5<sup>m</sup>. dicitur quod nihil probat ad propositum arguentis, nam non aliud probat nisi quod circa prima principia practica nullus potest errare, quo a nobis concessio stat conclusio, quia nihilominus errare potest circa secunda principia practica et in particulari accepta, prout in quarto notabili deductum fuit. Ad. 6<sup>m</sup>. dicitur quod argumentum magis est ad oppositum arguentis quam ad eius propositum, nam ex eo non aliud concluditur quam quod in damnatis mala electio procedit ex eorum falso dictamine, scilicet deo non esse obediendum, hoc autem pro nobis facit et contra arguentes qui tenent malam electionem voluntatis posse stare cum recto dictamine intellectus in universali et particulari. Ad argumenta protra secunda conclusionem ad primum dicitur quod minor propositio est falsa quam plures perfectiones partiales sunt adinvicem ordinate quemadmodum in proposito nostro est de virtutibus moralibus, prout patet ex probatione conclusionis et ex his que dicta sunt in quinto notabili, neque est simile de visu et gustu et auditu que naturaliter ordine non habent in suis actibus, ut enim S. Thome respondet in de virtute cardinali, ar. 2<sup>o</sup>. ad. 17<sup>m</sup>. potentie anime non habent ordinem convertibilem cum essentia anime, nam quavis nulla potentia anime possit esse sine anime essentia: tamen essentia anime potest esse sine quibusdam potentijs puta sine visu et auditu, propter corruptionem organorum quorum habent potentie, prope sunt actus virtutes

autem morales omnes habent in se ordinem. Ad. 2<sup>m</sup> dicitur quod assumptum est falsum, neque valet eius probatio quam est petitio principij. Ad. 3<sup>m</sup>. patet responsio ex his que dicta sunt in quinto notabili, ubi secunda responsio ibi posita bona est sano modo intellecta, et ad eius probationem concedimus primam consequentiam, ut enim Gregorius dicit, 2. 2<sup>o</sup>. moralium si una virtus sine alia habeatur: aut virtus non est aut perfecta non est, neque inquit prudentia vera est que iusta temperans et fortis non est, neque perfecta temperantia que fortis iusta et prudens non est, et sic de ceteris exemplificat concludens ratio perfecte sunt regule: quanto vicissim sibi met consuecte. Item Ambrosius super Lucam, conexe sibi sunt conconateque virtutes ut que una habet plures habere videatur, falsitas autem consequentis ab arguente non probatur, nam consequentia est falsa qua infertur quod nulla erit prima virtus nec etiam virtus, et ad eius probationem negatur consequentia, non enim sequitur si aliquid esse non potest nisi aliquo alio concomitante quod hoc sit prius illo, nam materia esse non potest sine forma nec econtra forma esse potest sine materia: et tamen nec forma est prior materia quantum ad esse nec econtra, item pater esse non potest pater sine filio: et tamen non inde sequitur quod filius sit prior patre, neque simile potest esse simile sine alio simili: et tamen non necessario unum simile est prius altero, et est in omnibus his una ratio quia scilicet habent adinvicem essentialem coordinationem et huiusmodi coordinatio in virtutibus moralibus reperitur, prout in primo et secundo notabili fuit declaratus, unde responsio que ultimo datur: bona est. Et ad eius primam probationem dicitur primo quod nullum inconueniens est ex actibus que sunt unius virtutis elicitive: plures alias virtutes acquiri participative et in quadam omnium radice et complemeto, unde S. Thome 2<sup>o</sup> 2<sup>e</sup>. q. 61. ar. 4. ad primum dicitur quod quattuor virtutes cardinales denominantur ad invicem per redudantiam quadam, quia id quod est prudentie redundat ad alias virtutes in quibus prima prudentia dirigitur, unaqueque vero aliarum redundat in alias et hoc in singulis exemplificat, dicitur secundo quod quia exercitium virtutum que perficiunt hominem sunt communes statum est frequens in communi usu huius virtute ideo actus plurium virtutum se invicem de primo comunicant ita quod plures virtutes simul vel quasi aggenerari poterunt. Ad secundam probationem respondet S. Thome 2<sup>o</sup> 2<sup>e</sup>. q. 152. ar. 3<sup>o</sup>. ad. 2<sup>m</sup>. quod conexio virtutum accipitur secundum illud quod est formale in virtutibus, id est secundum charitatem vel secundum prudentiam non autem secundum id quod est materiale in virtutibus, nihil enim prohibet alicui virtuosus superpetere materiam unius virtutis: non autem materiam alterius, sicut pauper habet materiam temperantie: non autem mate-

riam magnificentie. et hoc modo alicui habenti alias virtutes: deest materia virginatis. i. carnis integritas. tamē potest id quod ē formale in virginitate hñe vt. s. s. i. i. preparatione mētis p̄dicte integritatis conseruande p̄positū si hoc sibi competeret. sicut pauper pōt in preparatione animi habere p̄positū magnificos sumpt⁹ faciēdi si sibi competeret. et sine hac preparatiōe animi nō potest esse aliquis virtuosus. hec ille. In. q. vero de cardinalibus virtu. ar. 2.º. ad. 7.º. respondet q̄ virginitas s̄m quosdam nō nominat virtutem sed quēdā p̄fectionis statū virtutis. nō aut oportet q̄ q̄cūq; habet virtutē: habeat eam s̄m gradū perfectum. et ideo sine virginitate: castitas et alie virtutes haberi possunt. vel si detur q̄ virginitas sit virtus: hoc erit s̄m q̄ importat habitum mentis quo aliquis elegit virginitatē cōseruare propter x̄pm. et hic quidem habitus esse potest etiam in his qui carnis integritate carēt sicut et habit⁹ magnificentie potest esse sine mag-


nitudine diuitiarum. ¶ Ad argumentū ante oppositū respondet. S. Tho. in hac dis. arti. 2.º. ad primum: q̄ verbum Bede intelligendum est de virtutibus quantum ad vsus et non quantum ad habitus. diuersi enī sancti diuersimode excedūt se inuicem in vsibus diuersarum virtutum s̄m q̄ de quolibet confessore dictum est: non est inuentus similis illi qui conseruaret legeꝝ excelsi. Sed p̄ 2.º. q. 65. arti. 3.º. ad. 3.º. respōdet q̄ aliqui sancti dicuntur virtutes aliquas non habere in quantum patiuntur difficultatē in earū actibus: quāuis habitus omnium virtutum habeant. Et in hoc articulus terminatur: et tertio libro sententiarū finis dat. Cuius omnia et singula dicta n̄ra examini ac iudicio sacro sancte apostolice sedis submittimus parati illa tenere que sacro sancta romana ecclesia tenet ac probat illaq; respuere et retractare que respūda ac corrigēda sedes ipsa apostolica docet et predicat.

**Didaci deza archiepiscopi Hispalēsis no-  
uarum defensionum doctrine angeli-  
ci doctoris beati Thome de aq-  
no super tertio libro senten-  
tiarum questiones p̄-  
fundissime ac vti-  
lissime felici-  
ter fini-  
unt.**













No. Caja  
C-9